detto, come io giudicava, le spese essere da ordinare ne' legati, più che si potea a norma della legge Cornelia 7. Or che in questo io non abbia tenuto sodo, me ne son testimoni i registri della città, ne' quali notò ciascuna d'avere contribuito pe' tuoi legati quel tanto che volle. Ma e di quante calunnie non caricarono te alcuni cervelli di gatta? non solamente che tu abbi tolte siffatte spese, anzi ritolte di mano e rubate a' loro procuratori che già n'erano andati: e questa essere stata la ragione che molti al tutto non ci vollero andare. Io dovrei dunque dolermene, ed a te richiamarmi, se non fosse che (come scrissi di sopra) io amo meglio, in questa tua disgrazia 8, giustificare me stesso che accusar te: e ciò mi par troppo più conveniente. Niente adunque dirò contro a te di quello che tu hai creduto di me; sì toccherò un cenno del debito che tu avevi di nulla credere. Imperciocchè se tu mi hai ben trovato persona dabbene, se degno di quegli studi e di quelle dottrine alle quali da picciolo io m'era dato, se d'animo anzi grande che no, e di consiglio non dispregievole ne' massimi fatti; tu non dei in me conoscere, non pure niente di perfidioso nè frodolento, nè ingannevole nell'amicizia, ma nè eziandio punto nulla di abbietto o di vano. Se poi ti va a grado di farmi astuto e cupo, dillo, che cosa può men convenire a siffatta indole di questo, che io non mi curassi di essere benvoluto da un fiorentissimo personaggio, ovvero, dopo aver io mantenuto l'onor di lui in città, dargli addosso nella provincia? ovvero dimostrargli animo avverso in cosa tale che non potea essergli punto di pregiudizio? od eleggere in servigio di mia perfidia un argomento che mi facesse la spia

levissimum? Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis essem, quum te ex fratre meo, ne tunc quidem [31], quum tibi prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse cognossem? Quum vero reditum nostrum in gratiam uterque [32] expetisset: quid in consulatu tuo frustra mecum egisti, quod me aut facere, aut sentire voluisses? Quid mihi mandasti, quum te Puteolis prosequerer [33], in quo non exspectationem tuam diligentia mea vicerim? Quod si id est maxime astuti, omnia ad suam utilitatem referre: quid mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius, quam hominis nobilissimi atque honoratissimi [34] coniunctio, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinqui mihi magno vel ornamento, vel praesidio esse possent? Quae tamen ego omnia in expetenda amicitia tua, non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. Quid? illa vincula, quibus quidem libentissime adstringor, quanta sunt? studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitae atque victus, sermonis societas, literae interiores [35]. Atque haec domestica: quid illa tandem popularia [36]? reditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam [37] quidem errari potest, sine suspicione perfidiae; amplissimi sacerdotii collegium, in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari [38] quidem sacerdotem licebat, qui cui-

di un odio manifestissimo, senza darmi quasi niun modo di fargli male? Ma e' c'è altro. Qual cagion poteva io avere di odio tanto implacabile, quando io avea saputo da mio fratello che tu nè eziandio in quel tempo mi fossi nemico, quando tu eri per poco necessitato di mostrarmiti tale? Ma eziandio dopo esser noi, secondo il nostro comun desiderio, tornati fra noi in grazia, qual fu nel consolato tuo quella cosa che tu avessi amato fatta, o favorita da me, che tu non t'abbia ottenuta? Che cosa raccomandastimi nell'accompagnarti che ho fatto da Pozzuolo 9, che io colla mia diligenza non abbia vinta la tua espettazione? Ma se egli è spezialmente proprio di persona astuta il tirare ogni cosa al proprio vantaggio, che cosa si facea meglio per me, dell'essere intrinseco di un uomo nobilissimo ed onoratissimo, la cui potenza, l'ingegno, i figliuoli, gli affini, i parenti, doveano potermi essere di grande od onore, od aiuto? A' quali tutti beni io veramente ebbi l'occhio nel procacciarmi la tua amicizia, per una non cotal furberia, ma meglio per cotal mia saggezza. E quanto debbon valere que' nodi che della maggior voglia del mondo mi tengono a te legato! la somiglianza degli studi, la dolcezza dell'usare insieme, il piacer della vita e del convito, le scienze più riposte! Or tutto questo tra te e me: e or che dirò io delle cose che sono in vista di tutti? io dico della nostra pacificazione solenne, nel che non si può senza sospetto di perfidia errare eziandio per inconsiderazione: della colleganza del Sacerdozio? nel quale non pure il violar l'amicizia era a' maggiori nostri un delitto, ma nè concedeasi di associare alcuno per sa-

quam ex collegio esset inimicus. Quae ut omittam tam multa atque tanta: quis umquam tanti quemquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, socerum tuae filiae? Etenim si merita valent: patriam, liberos, salutem, dignitatem, memetipsum mihi per illum restitutum [39] puto; si consuetudinis iucunditas: quae fuit umquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior? si illa [40] amoris atque officii signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicavit? quid de se in senatu, quum ipse abesset, per quemquam agi maluit [41]? quibus ille me rebus non ornatissimum voluit amplissime? qua denique ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone [42], adversante interdum actionibus suis? quo studio providit, ne qua me illius temporis invidia [43] attingeret, quum me consilio, quum auctoritate, quum armis denique texit suis [44]? Quibus quidem temporibus haec in eo gravitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti; sed ne summorum quidem hominum [45] malivolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius quum sit gener tuus, quumque, praeter hanc coniunctionem affinitatis, quam sis Cn. Pompeio carus, quamque iucundus intelligam: quo tandem animo in te esse debeo? quum praesertim eas ad me is literas miserit, quibus, etiamsi tibi, cui sum

cerdote che fosse nimicato con alcuno di esso collegio. Ora, per lasciar dall'un de' lati cotanti e sì grandi rispetti, chi pregiò mai, o dovè o potè pregiar chicchessia tanto, quanto io fo Gneo Pompeo suocero di tua figliuola? Imperocchè, se nulla i meriti hanno di valore, io riconosco da lui, come a me restituiti, la patria, i figliuoli, la salute, la dignità, me a me medesimo; se la giocondità dell' essere insieme, qual altra amicizia di uomini consolari fu mai più della nostra congiunta? se le testimonianze d'amore e di affezione, che cosa non raccomandò egli a me? che non comunicò meco? di quale affar suo mise in mano la spedizione in Senato a nessun altro che a me? in qual circostanza non procurò egli il mio onore più sfolgorato che esser potesse? da ultimo, con quanta piacevolezza, con quanta umanità non si passò egli dell'ardor mio difendendo io Milone? (e sì io m'opposi talora all'operato da lui) con quanto studio provvide che in quel duro termine io non fossi pur tocco dall'odio di chicchessia? difendendomi egli col consiglio, coll'autorità, in somma colle proprie sue armi [10]. Or in cotale stato di cose egli mi si mostrò di tal gravità ed altezza d'animo, che non solo a qualche Frigio o Licaone [11] (come facesti tu in que' legati) ma nè prestò fede a' parlari malevoli di sommi uomini contro di me. Adunque essendo il costui figliuolo tuo genero, e conoscendo io, oltre a questo legame di affinità, quanto tu sii caro e gradito a Gneo [12] Pompeo, che animo (dillo tu stesso) debbe verso di te essere il mio? massimamente che egli mi scrisse una lettera così fatta,

amicissimus, hostis essem, placarer tamen, totumque me ad eius viri, ita de me meriti, voluntatem nutumque converterem. Sed haec hactenus. Pluribus enim etiam fortasse verbis, quam necesse fuit, scripta sunt.

4 Nunc ea, quae a me perfecta, quaeque instituta sunt, cognosce [46] ***. Atque haec agimus, et agemus magis pro dignitate, quam pro periculo tuo. Te enim (ut spero) propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quae sunt maximi animi summique consilii, tibi diligentius et accuratius, quam haec, quae nos de te agimus, cogitanda esse censeo. Vale.

CCLXII. (Ad Div. II, 19)

Argumentum. C. Caelium Caldum sibi quaestorem obtigisse, laetatur; eumque hortatur, ut festinet ad se venire ante, quam ipse decedat.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCIII, post X. Kal. Quint.

M. T. CICERO IMP. C. CAELIO L. F. CALDO QVAESTORI DES. S. D.

Quum optatissimum nuntium accepissem, te mihi quaestorem [1] obtigisse, eo iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius in provincia mecum fuisses. Magni enim videbatur inter-

per la quale (ti fossi anche nemico, come ti sono amicissimo!) dovrei essere placato, e tutto rivoltato al piacere ed al cenno d'un personaggio siffatto e così di me benemerito. Ma basti fin qua: chè forse fu troppo più del bisogno [13].

4 Tieni dunque a mente le cose da me già operate, e le altre a che ho messo mano [14]: * * * le quali io fo e farò più a riguardo della dignità che del pericolo tuo: chè, come spero, di corto ti sentiremo censore [15]; agli uffizi della qual carica (che dimandano altissimo cuore e sommo consiglio) tu porrai l'animo, ben credo, con più diligenza ed accuratezza, che non fo io questi per conto di te. A Dio.

CCLXII. (A Div. II, 19)

Argomento. Mostra il suo piacere che gli sia tocco per questore C. Celio Caldo, e lo conforta di sollecitare di venire a lui prima del suo dipartire.

Scritta dalla Cilicia l'anno di Roma DCCIII, dopo il 22 del mese di Giugno.

M. T. CICERONE IMP. A C. CELIO CALDO [1], F. DI LUCIO, QUESTORE DESIGNATO, S.

Avend' io ricevuta la novella da me senza fine desiderata, che tu m'eri toccato questore [2], io mi prometteva questo assortimento tanto più dolce, quanto il tuo esser meco nella provincia fosse stato più lungo:

esse ad eam necessitudinem, quam nobis sors [2] tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Postea, quum [3] mihi nihil neque a te ipso, neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur: verebar, ne ita caderet (quod etiam nunc vereor), ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. Accepi autem a te missas literas in Cilicia [4], quum essem in castris, a. d. x. Kal. Quintiles, scriptas humanissime; quibus facile et officium et ingenium tuum perspici posset. Sed neque unde, neque quo die datae essent, aut quo tempore [5] te exspectarem, significabant; nec is, qui attulerat, a te acceperat, ut ex eo scirem, quo ex loco, et quo [6] tempore essent datae. Quae quum essent incerta, existimavi tamen esse faciundum [7], ut ad te statores meos et lictores cum literis mitterem: quas si satis opportuno tempore [8] accepisti, gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam primum veneris. Nam quod ad me Curius, consobrinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius; quod item C. Virgilius [9], propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit: valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio; sed tuae literae, de tua praesertim dignitate [10], et de nostra coniunctione, maximi sunt apud me ponderis. Mihi quaestor optatior [11] obtingere nemo potuit. Quamobrem quaecumque a

conciossiachè io giudicava importar grandemente che a quello scambievol vincolo in che ci pose la sorte, altresì s'accompagnasse il vivere insieme. Appresso, non veggendo io, nè da te nè da nessun altro, alcuna novella del tuo venire, cominciai a temere (e ne temo tuttavia) non forse la cosa tornasse qui, che io dovessi uscir di provincia prima che tu ci fossi venuto. Ora io ebbi tue lettere, essendo nella Cilicia ad oste, a' 22 giugno, piene di cortesia, che mi furono chiaro specchio della tua gentilezza ed ingegno; ma senza data di luogo e di giorno, e senza un cenno del quando t'avessi aspettare; nè il messo avea da te avuto ordine di farmi sapere nè del luogo nè del tempo che fossero scritte. Adunque, in questa incertezza, ho creduto bene di mandarti con lettere i miei sergenti e littori; e se tu al tempo debito le ricevesti, mi farai sommo piacere a venirtene a me in Cilicia quanto più presto potrai. Ben è vero che Curio [3] tuo cugino, e', come sai, mio amicissimo, e C. Virgilio [4] altresì, tuo parente e mio familiarissimo, mi scrisse di te assai sollicitamente, il che è molto appo me, come gran peso dee avere la raccomandazione di persone amicissime; ma troppo ne hanno più le tue lettere, soprattutto intorno a questo tuo grado ed alla colleganza dell' animo nostro. Certo non potea toccarmi questore ch'io meglio desiderassi. Il perchè in tutte quelle cose che al tuo onore

me ornamenta ad te proficiscentur [12], ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuae maiorumque tuorum dignitatis. Sed id facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris; quod ego et mea, et rei publicae, et maxime tua [13] interesse arbitror. Vale.

CCLXIII. (Ad Div. II, 12)

Argumentum. 1 Urbem a se desiderari significat; 2 et quum discessus e provincia appropinquet, petit, ut Caelius sibi literas obviam mittat.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCIII, mense Iunio.

M. T. CICERO IMP. M. CAELIO AEDILI CVRVLI S. D.

1 Solicitus equidem eram de rebus urbanis; ita tumultuosae conciones [1], ita molestae Quinquatrus afferebantur; nam citeriora [2] nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis solicitabat, quam in his molestiis non me, si qua [3] ridenda essent, ridere tecum; sunt enim multa; sed ea non audeo scribere. Illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare, etsi, quum tu haec leges, ego iam annuum munus [4] confecero: tamen obviae mihi velim sint literae tuae, quae me erudiant de omni re publica, ne hospes plane veniam. Hoc melius, quam tu, facere nemo potest.

sarò mai per fare, farò in modo che da tutti si vegga riguardo che io ho avuto alla tua dignità e de' tuoi maggiori: ma ciò troppo meglio mi verrà fatto, venendo tu in Cilicia; ed io credo che ciò a me, alla Repubblica importi, ed a te spezialmente [5]. A Dio.

CCLXIII. (A Div. II, 12)

Argomento. 1 Gli mostra il suo desiderio della città; 2 ed avvicinandosi il suo uscir di governo, prega Celio di mandargli all'incontro sue lettere.

Scritta dalla Cilicia l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Giugno.

M. T. CICERONE IMPERADORE A M. CELIO, EDILE CURULE, S.

1 Io era in pena de' fatti urbani: tanto (m'era scritto) furono turbolente [1] le dicerie, tanto fastidiose le quinquatrie [2]; chè de' fatti appresso non sapeva anche nulla. Tuttavia niente mi doleva più del non poter essere teco a ridere, qualora ci fosse stato di che: e certo assai ve n'era; ma non m'arrischio di scriverlo. Questo mi pesa, che da te fino ad ora nulla me ne fu scritto. Per la qual cosa, quantunque alla data di questa mia lettera io avrò finito l'anno della mia carica, io vorrei nondimeno essere scontrato dalle tue lettere, che mi chiariscano d'ogni affare, per non venire affatto nuovo a città. Or non c'è chi meglio possa ciò fare di te.

2 Diogenes tuus [5], homo modestus, a me cum Philone Pessinunta discessit. Iter habebant ab Adiatorige, quem nec benignum, nec copiosum cognorant [6]. Urbem, urbem, mi Rufe, cole, et in ista luce vive. Omnis peregrinatio, quod ego ab adolescentia iudicavi, obscura et sordida est [7] iis, quorum industria Romae potest illustris esse. Quod quum probe scirem, utinam in sententia permansissem. Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno sermone nostro, omnes fructus provinciae non confero. Spero me integritatis laudem consecutum. Non erat minor ex contemnenda, quam est [8] ex conservata provincia. Spes triumphi, inquis [9]. Satis gloriose triumpharam; nec essem tamdiu quidem [10] in desiderio rerum mihi carissimarum. Sed, ut spero, propediem te videbo. Tu mihi obviam mitte epistolas te dignas. Vale.

CCLXIV. (Ad Att. VI, 3)

Argumentum. 1 Nondum apud se constitutum esse scribit, cui provinciam tradat. 2 De rebus urbanis certior fieri cupit. 3 Quid in Bruti negotiis egerit, exponit; 4 quam valde Q. Cicero filius ob patris consilium Pomponiam dimittendi conturbatus sit, refert. 5 Rogat, ut sibi Q. Celeris orationem in Servilium mittat.

2 Il tuo Diogene [3], uom moderato, partì con Filone per Pessinunte [4] d'appresso a me. Partivano dal re Adiatorige, quantunque di lui non sapessero troppo, nè di suo buon volere, nè di facoltà. Statti in Roma, mio Rufo, e vivi in cotesta luce [5]: l'andar attorno, come io ho conosciuto dalla giovinezza, è cosa bassa ed oscura per quelli la cui industria può in Roma risplendere. Il che sapendo io molto bene, beato me se avessi servato il mio proposto! Sopra la mia fede, io ti dono tutti i frutti della provincia per un passeggetto solo, ed uno de' nostri ragionari. Io spero d'avermi acquistato nome di disinteressato; ma non n'avrei avuto meno dal rinunziare che dal prolungar la provincia. Ma e la speranza del trionfo? tu di'. Io ho avuto un trionfo abbastanza glorioso; nè ora vivrei tanto tempo in espettazione delle cose che io ho carissime. Ma, come spero, infra pochi dì ti vedrò. Tu mandami all'incontro lettere da tuo pari. A Dio.

CCLXIV. (Ad Att. VI, 3)

Argomento. 1 Gli dice di non aver anche deliberato, cui lasciasse per sè al governo. 2 Dimanda novelle de' fatti urbani. 3 Gli conta l'operato da sè nell'affare di Bruto; 4 e come fortemente Q. Cicerone figliuolo era turbato, che suo padre pensasse di rimandarne Pomponia. 5 Gli dimanda la orazione di Q. Celere contro Servilio.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCIII, mense Iunio.

CICERO ATTICO S.

1 Etsi nil [1] sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, literas; tamen quum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit. Ac primum illud, quod me maxime angebat (non quo me aliquid iuvare posses: quippe res [enim] est in manibus; tu autem abes longe gentium:

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλὸς [2]),

obrepsit dies, ut vides (mihi enim a. d. III Kal. Sext. de provincia decedendum est), nec succeditur. Quem relinquam, qui provinciae praesit [3]? Ratio quidem et opinio hominum postulat fratrem: primum, quod videtur esse honos [4]; nemo igitur potior; deinde, quod solum habeo praetorium [5]. Pomtinius enim ex pacto et conventu (nam ea lege exierat [6]) iam a me discesserat. Quaestorem [7] nemo dignum putat. Etenim est levis, libidinosus, tagax [8]. De fratre autem primum illud est: persuaderi ei non posse arbitror. Odit enim provinciam. Et hercule nihil odiosius, nihil molestius. Deinde, ut mihi [9] nolit negare: quidnam mei sit

Scritta dalla Cilicia l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Quantunque dopo consegnata la mia lettera per te a Filogene tuo liberto, nulla fosse avvenuto di nuovo; tuttavia, rimandando io a Roma Filotimo, qualcosa era pure da scriverti, e innanzi tratto di quella cosa che m'era un coltello al cuore (non perchè tu potessi darmi punto di spalla, da che la cosa è già intavolata, e tu se' in capo del mondo: *Ora nel tramezzo, l'austrò convolve molti flutti nel mare immenso;* e 'l giorno è in sullo scocco, da che a' 30 di luglio cade la mia rinunzia), che e' non è fatto successore. Or chi lascerò io al governo della provincia? veramente la convenienza e il credere delle persone vogliono il fratello: prima, per esser la cosa orrevole, onde non è da mettergli nessuno innanzi; l'altra, perchè non ho che lui solo che sia stato pretore: conciossiachè Pontinio, secondo il patto e 'l convenuto tra noi (chè sotto questa condizione egli era venuto), se n'andò, è un pezzo. Il mio questore non è anima che lo creda da ciò: chè egli è una testa sventata, libidinoso, ladroncello. Ma quanto al fratello, la prima cosa da pensare si è che io mi dispero di persuadergliele, odiando lui la provincia: e in verità essa è la più odiosa e fastidiosa cosa dal mondo. L'altra, non volesse anche dirmi di no, sarebbe poi convenevole che io lo facessi? contan-

officii [10]? Quum bellum esse in Syria magnum putetur, id videatur in hanc provinciam erupturum; hic praesidii nihil sit; sumtus annuus [11] decretus sit: videaturne aut pietatis esse meae, fratrem relinquere; aut diligentiae, nugarum aliquid [12] relinquere? Magna igitur, ut vides, solicitudine afficior, magna inopia consilii. Quid quaeris? Toto negotio nobis opus non fuit [13]. Quanto tua provincia melior! decedes, quum voles; nisi forte iam decessisti; quem videbitur, praeficies Thesprotiae et Chaoniae. Necdum tamen ego Quintum conveneram, ut iam, si id placeret, scirem, possetne ab eo impetrari: nec tamen, si posset, quod vellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi. Reliqua plena adhuc et laudis et gratiae, digna iis libris [14], quos tu laudas. Conservatae civitates; cumulate publicanis satisfactum; offensus contumelia nemo; decreto iusto et severo perpauci; nec tamen quisquam, ut queri audeat. Res gestae dignae triumpho [15]: de quo ipso nihil cupide agemus; sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda provincia. Sed haec deus aliquis gubernabit.

2 De urbanis rebus scilicet plura tu scis; saepius, et certiora audis. Equidem doleo, non me tuis literis certiorem fieri. Huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paullo [16]; non quo ullum periculum videam stante Pompeio, vel etiam se-

dosi della guerra grande che è in Siria, e dovendosi aspettare che ella scoppii in questa provincia? e qui non c'è punto di presidio, e le spese ci sono ordinate senza più per un anno. Or farebbe ciò pensar bene della mia pietà a lasciar qui un fratello? ovvero della mia diligenza a lasciarvi qualche fantoccio? Tu vedi adunque angustia che mi tribola, e quanto di consiglio abbisogni. In somma delle somme, io non dovea mettermi in questo lacceto, quant'egli fu lungo. Quanto ne stai meglio tu di provincia! tu puoi lasciarla a piacere, se già a quest'ora non l'hai lasciata; ed a Tesprozia e a Caonia [1] porrai presidente chi vorrai meglio. Or io non mi sono anche abboccato con Quinto, per vedere se la cosa gli piacesse, e se io potessi recarvelo; e, potendo anche, chè dovrei io voler fare? Adunque la cosa è qui. Il resto fino ad ora è tutto onori e gradimento, degno di que' libri che tu levi alle stelle: salvate le città; mandatine a ribocco contenti i pubblicani; nessuno si risentì di sopruso fattogli; di grave ma giusto decreto pochissimi; nè però tanto, che alcuno osi di fare querela. L'operato da noi ci merita bene il trionfo; ma per esso io non farò calda pratica, e certamente nessuna, senza tuo consiglio. Ma la coda della provincia è da scorticar la più dura: tuttavia qualche Santo ci aiuterà.

2 De' fatti di Roma tu ne dei saper più di me; e più frequenti e certe ne hai le novelle: e ben sono io rammaricato che tu me ne lasci così allo scuro. Conciossiachè di triste novelle son qua venute di Curione e di Paolo [2]: non già che io ci vegga punto pericolo, stando in piedi od anche seggendo Pompeo, sì vera-

dente; valeat modo [17]: sed mehercule Curionis et Paulli, meorum familiarium, vicem doleo. Formam igitur mihi totius rei publicae, si iam es Romae, aut quum eris, velim mittas, quae mihi obviam veniat, ex qua me fingere [18] possim, et praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem.

3 Et, quod paene praeterii, Bruti tui [19] causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprii numerabant. Sed Scaptius centesimis, renovato in singulos annos fenore, contentus non fuit. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum [20], quam per me in Brutum; quem tamen ego praestare [21] non poteram. Erat enim rex perpauper; aberamque ab eo ita longe, ut nihil possem, nisi literis; quibus pugnare non destiti. Summa haec est. Pro ratione pecuniae liberalius [22] est Brutus tractatus, quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter c. Pompeio in sex mensibus promissa cc. Iam in Appii negotio [23] quantum tribuerim Bruto, dici vix potest. Quid est igitur, quod laborem? Amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; qui, quia non habuit a me turmas equitum [24], quibus Cyprum vexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenset; aut quia praefectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori; non C. Vennonio, meo familiari; non tuo

mente che egli sia ben sano [3]; ma, sopra l'anima mia, il caso di Curione e di Paolo mi passa il cuore. Vorrei dunque (se tu se' già in Roma, o quando ci sarai) che tu mi mandi allo scontro mio il disegno dell'intera Repubblica, secondo il quale io possa mettermi a ordine, e rugumar meco, come apparecchiato io debba entrare in città: conciossiachè egli è pur qualcosa che altri non ci venga nuovo, nè forestiere.

3 Ma (e mi s'era quasi dimentico) circa l'affar del tuo Bruto, di che spesso t'aveva scritto, ne cavai affatto le mani. I Cipriotti pagavano la somma; ma Scapzio non fu contento dell'uno per cento, coll'usura sopraccaricata per ciascun anno. Ariobarzane non largheggiò più là con Pompeo per amore di lui medesimo, che si facesse per amor mio con Bruto; della qual cosa tuttavia io non potea stargli mallevadore, essendo il re povero in canna, ed io tanto lontano da lui, che io non potea più fare che scrivergli; e con quest'arme non gli detti mai posa. Per recartela a oro: Per ragion di danaro, Bruto ebbe più grasso conto che Pompeo; a Bruto furon pagati quest'anno forse cento talenti; a Pompeo infra sei mesi promessi dugento. Or nella faccenda di Appio, quanta cortesia abbia io fatta a Bruto, tu il peneresti a credere. Che dunque me n'ho io a dar pena? esso ha per amici due veri fantocci, Matinio e Scapzio; e questi, per non aver ottenuto da me bande di cavalli da tribolare i Cipriotti, come prima avea fatto di me, forse è meco sdegnato; ovvero per non averlo fatto io presidente (il che io non ho conceduto mai a trafficante, non a C. Vennonio, mio amico, non al tuo M. Lenio); e sai

M. Lenio; et quod tibi Romae ostenderam me servaturum, in eo [25] perseveravi. Sed quid poterit queri is, qui, auferre pecuniam quum posset, noluit? Scaptio, qui in Cappadocia fuit [26], puto esse satisfactum. Is a me tribunatum quum accepisset, quem ego ex Bruti literis ei [27] detulissem, postea scripsit ad me, se uti nolle eo tribunatu. Gavius [28] est quidam, cui quum praefecturam detulissem Bruti rogatu, multa et dixit et fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis [29]. Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est; nec, quum postea in castra venisset, atque inde discederet, numquid vellem, rogavit; et fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. Hunc ego si in praefectis habuissem, quem tu me hominem putares? Qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseclae? Etsi hoc plus est, quam ferre, tribuere etiam beneficii aliquid et honoris. Is igitur Gavius, quum Apameae me nuper vidisset Romam proficiscens, me ita appellavit [30] (Culleolum vix auderem): Unde, inquit, me iubes petere cibaria praefecti? Respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderant: me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Abiit iratus. Huius nebulonis obiratione [31] si Brutus moveri potest, licebit eum solus ames; me aemulum non habebis. Sed illum eum futurum esse puto,

che in Roma io ti avea dato parola di servar questa ragione, ed in essa ho tenuto sodo. Ma di che può egli dolersi colui che potendo riscuotere suo danaro, non ha voluto? A Scapzio (dico quello che fu in Cappadocia) credo fu ben soddisfatto. Costui, avendo per raccomandazione di Bruto avuto da me il tribunato, mi scrisse poi che tal tribunato mi tenessi per me. E' c'è un certo Gavio, che avendogli io conferito alle preghiere di Bruto una prefettura, mi rispose di parole e di fatti che sentivano dell'ingiuria: vero cagnotto di P. Clodio. Nel mio partire, nè mi accompagnò ad Apamea, nè, essendo poi venuto al campo ed andandone, non mi dimandò eziandio: Vuo' tu nulla? ed apertamente, non so perchè, mi si mostrò non amico. Qualora io avessi preso un cotal uomo per prefetto, che uomo ti sarei io paruto? Or, laddove io, come sai, non ho mai tollerata la burbanza delle persone più potenti, aveva io a tollerarla di questo staffiere? quantunque ciò sia più che tollerare, ma e conferirgli qual cosa di benefizio e d'onore. Adunque cotesto Gavio, avendomi testè in Apamea veduto che partiva per Roma, mi si volse con queste parole (io a stento avrei osato così parlare a Culleolo[4]): Donde vuoi tu che io provegga le spese del prefetto? Risposi più dolcemente, che non giudicavano essersi convenuto gli astanti: Io non ho deliberato di dar le spese a coloro, della cui opera non mi sono servito. — Sdegnato diede là volta. Se il parlar di questo ghiottone puote in Bruto aver qualche forza, io lo lascerò amare a te solo; me non avrai certo competitore: se non che io credo che egli ci riuscirà qual debbe essere. Nondi-

qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse volui; et ad ipsum haec perscripsi diligentissime [32]. Omnino (soli enim sumus) nullas umquam ad me literas misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans, ἀκοινώνητον [33] aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse,

Granius autem
Non contemnere [34] se, et reges odisse superbos.

In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum movere solet: sed plane parum cogitat, quid scribat, aut ad quem.

4 Q. Cicero puer legit, ut opinor, et certe [35], epistolam inscriptam patri suo. Solet enim aperire, idque de meo consilio; si quid forte sit, quod opus sit sciri. In ea autem epistola erat illud idem de sorore [36], quod ad me. Mirifice conturbatum vidi puerum. Lacrymans mecum est questus. Quid quaeris? miram in eo pietatem, suavitatem, humanitatemque perspexi: quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. Id te igitur scire volui.

5 Ne illud quidem praetermittam: Hortensius, filius, fuit Laodiceae, gladiatoribus [37], flagitiose et turpiter. Hunc ego patris causa vocavi ad cenam, quo die venit; et eiusdem patris causa nihil amplius [38]. Is mihi dixit, se Athenis me exspectaturum, ut mecum decederet. Recte, inquam: quid enim dicerem? Omnino puto nihil esse, quod di-

meno io volli che tu fossi chiarito della bisogna; e questo medesimo ho scritto a lui sottilissimamente. Al postutto (da che siamo a quattro occhi) Bruto non mi scrisse mai lettera, nè eziandio le ultime intorno ad Appio, che non ci fosse qualcosa di arrogante, e lontano dalla amichevole comunanza. Or tu se' ben solitò assai menare per bocca quel verso [5]: *Ma Granio non isvilir se medesimo, ed aver in odio i re superbi;* e tuttavia egli mi muove troppo più a riso, che a sdegno: se non che egli non sa delle sette volte le sei quello che egli si scriva, nè a cui.

4 Il fanciullo Cicerone ha letta (credo io, anzi so) la lettera indiritta a suo padre, da che è solito aprirle; e 'l fa di mio consiglio, se mai ci fosse cosa che da saper fosse. Ora in quella lettera dicea quel medesimo della sorella, che tu a me. Ho veduto il fanciullo conturbato all' estremo; e colle lagrime agli occhi se ne dolse a me. Che dirò io? m' è riuscito di animo al sommo pietoso, dolce ed umano; di che mi è cresciuta la speranza che ogni cosa debba procedere secondo dovere: tel volli far sapere.

5 E non tacerò anche questa: Ortensio, il figliuolo, nello spettacolo degli accoltellanti in Laodicea la diede per mezzo. Io, per rispetto del padre, l' invitai a cena il dì medesimo che era venuto; e per rispetto altresì del padre non procedetti più là [6]. Egli mi disse di voler aspettarmi in Atene, per esser meco nel ritorno. Sia con Dio, gli risposi: e or che aveva io a dirgli? quantunque io mi tengo sicuro che egli non ne farà

xit [39]. Nolo quidem, ne offendam patrem, quem mehercule multum diligo. Sin fuerit meus comes, moderabor [40] ita, nequid eum offendam, quem minime volo.

6 Haec sunt; etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium [41]. Literas mitte quamprimum: si nihil; nihil fieri, vel per tuum tabellarium [42]. Piliae et filiae salutem. Cura, ut valeas.

CCLXV. (Ad Div. III, 11)

Argumentum. 1 Gratulatur Appio de absolutione maiestatis; 2 gratias agit pro epistola, qua statum rei publ. descripserat; 3 Tullium, quem Appius cum mandatis miserat, se non convenisse scribit; 4 epistolas suas proxime missas, non stomachosas, sed sui purgandi causa scriptas fuisse ait.

Scr. in castris ad Pyramum A. V. C. DCCIII, mense Iunio.

M. T. C. S. D.
APPIO PVLCHRO (VT SPERO) CENSORI

1 Quum essem in castris ad fluvium Pyramum, redditae mihi sunt uno tempore a te epistolae duae [1], quas ad me Q. Servilius [2] Tarso miserat. Earum in altera dies erat adscripta Nonarum Aprilium; in altera, quae mihi recentior videbatur,

nulla. Veramente non vorre' io venirne con lui, per non offender suo padre, il quale, in fede mia, amo assai; tuttavia, volendo egli venire, vedrò io di governarlo per forma che suo padre non si tenga offeso da me; chè a me dorria troppo.

6 Ciò volli dirti; ed anche quest' altra: Mandami di grazia l'orazione di Q. Celere [7] contra M. Servilio. Scrivimi al più presto; e se non hai che, scrivi che non hai nulla, eziandio pel tuo corriere. A Pilia ed alla figliuola mille saluti. Attendi di forza a star bene.

CCLXV. (A Div. III, 11)

Argomento. 1 Si congratula con Appio che fosse assoluto di Stato. 2 Lo ringrazia del ritratto mandatogli della Repubblica. 3 Dice di non aver parlato con Tullio, mandato da Appio con sue commissioni; 4 e gli afferma, le sue lettere testè mandategli non essergli dettate dallo sdegno, ma dal dover di purgarglisi.

Scritta nel campo presso il Piramo l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Giugno.

M. T. C.

AD APPIO PULCRO CENSORE (come spero) S.

1 Essendo io accampato lungo il fiume Piramo [1], ricevetti ad un tempo due tue lettere, mandatemi da Q. Servilio da Tarso: l'una con la data de' 5 d'aprile, l'altra, che mi pareva scritta dopo, senza data. Adun-

dies non erat. Respondebo [3] igitur superiori prius, in qua scribis ad me de absolutione maiestatis [4]. De qua, etsi permultum ante [5] certior factus eram literis, nuntiis, fama denique ipsa (nihil enim fuit clarius: non quo [6] quisquam aliter putasset; sed nihil de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet); tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi tuae literae: non solum quia planius loquebantur et uberius, quam vulgi sermo; sed etiam, quia magis videbar tibi [7] gratulari, quum de te ex te ipso audiebam. Complexus igitur sum cogitatione [8] te absentem: epistolam vero osculatus, etiam mihi ipsi [9] gratulatus sum. Quae enim a cuncto populo, a senatu, a iudicibus, ingenio, industriae, virtuti tribuuntur (mihi ipse assentor [10] fortasse, quum ea esse in me fingo): mihi quoque ipsi tribui puto. Nec tam gloriosum exitum tui iudicii exstitisse, sed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar [11]. De ambitu vero quid interest, inquies, an de maiestate? Ad rem nihil [12]. Alterum enim non attigisti; alteram auxisti. Verumtamen est maiestas (et sic Sulla voluit), ut in quemvis impune declamare liceat [13]. Ambitus vero ita apertam vim habet, ut aut accusetur improbe [14], aut defendatur. Qui enim facta, an non facta [15] largitio ignorari potest? Tuorum autem honorum cursus, cui suspectus umquam fuit? Me miserum, qui non affuerim! quos ego

que risponderò per primo alla prima, nella qual mi scrivi come fosti assoluto di delitto di Stato [2]. Di ciò quantunque io era fatto assai prima consapevole per lettere, corrieri, e da ultimo per essa voce comune (da che il fatto fu solennissimo, e non già perchè punto altro se ne aspettasse, ma degli onori delle persone di grande affare la fama non è mai oscura); tuttavia l'aver saputo la cosa da te medesimo, mi portò più allegrezza, non solo perchè era contata più chiaramente e stesamente, che non fu il dir della gente, ma anche perchè e' mi parea teco meglio congratularmi, udendo delle cose tue proprie da te medesimo. Adunque t'abbracciai con l'anima così lontano, e baciai la lettera, e meco medesimo eziandio mi sono congratulato: imperocchè tutti gli onori che dal pien popolo, dal Senato, da' giudici si rendono all'ingegno, all'industria ed alla virtù (e forse io piaggio me stesso immaginando in me queste doti), li credo renduti a me; ed anche non mi maravigliava che il tuo giudizio avesse avuto un'uscita tanto gloriosa; ma che i tuoi nemici avessero potuto avere in te animo così maligno. Ma qual differenza fai tu, mi dirai, da caso di maestà a broglio? [3] Nessuna, quanto al fatto tuo: a questo tu non hai posto mano; a quella ponesti il colmo [4]. Or che è maestà? altro (e a questo modo l'intese Silla), che potersi impunemente altrui dire ingiuria. Il broglio poi è di opera sì manifesta, che o si difende, o non può altro che per malignità essere altrui opposto: imperocchè come puoi tu coprire, se danaro spendesti, o se no? Ora nel tuo sollicitare gli onori, quando hai tu dato a nessuno sospetto di nulla? Peccato che io non era presente! che baia n'avrei voluto! Ma circa la sentenza

risus [16] excitassem? Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucundissima fuerunt: unum, quod te ab ipsa re publica [17] defensum scribis: quae quidem, etiam in summa bonorum et fortium civium copia, tueri tales viros deberet; nunc vero eo magis, quod tanta penuria [18] est in omni vel honoris, vel aetatis gradu, ut tam orba civitas tales tutores complecti debeat: alterum, quod Pompeii et Bruti [19] fidem, benivolentiamque mirifice laudas. Laetor virtute et officio quum tuorum necessariorum, meorum amicissimorum, tum alterius, omnium saeculorum et gentium principis [20], alterius, iampridem iuventutis [21], celeriter (ut spero) civitatis. De mercenariis testibus a suis civitatibus notandis [22], nisi iam factum aliquid est per Flaccum, fiet a me, quum per Asiam decedam.

2 Nunc ad alteram epistolam venio. Quod [23] ad me quasi formam communium temporum, et totius rei publicae misisti expressam: prudentia [24] literarum tuarum valde mihi est grata. Video enim et pericula leviora, quam timebam, et maiora praesidia [25], si quidem (ut scribis) omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicuerunt [26]: tuumque simul promtum animum et alacrem perspexi ad defendendam rem publicam, mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod, in summis tuis occupationibus, mihi tamen rei publicae statum per te notum esse voluisti. Nam

della maestà, dolcissime mi furono della tua lettera queste due cose: l'una, che tu mi scrivi d'essere stato giustificato da essa Repubblica; la quale dovria veramente favorire gli uomini dabbene ed i forti, eziandio se di questi ci fosse macca: or quanto più adesso, che e' ce n'è tanto penuria, in ogni grado di onore e di età, che questa città così nuda dovrebbe a così fatti tutori far ben carezze. L'altra cosa è, che tu a cielo ti lodi della fede e della benevoglienza di Pompeo e di Bruto. Benedetta la virtù ed officiosità de' tuoi amici e miei amicissimi! ed in ispezieltà dell'uno, principe di tutti i secoli e popoli, e dell'altro, principe che era già della gioventù, e che sarà di corto della città, come spero. Quanto ai testimonii comprati, ben dovrebbono esser pagatine dalle loro città; or se a quest'ora nulla ne fu fatto per opera di Flacco, lasciane il pensiero a me, passando io per l'Asia.

2 Or vengo all'altra lettera. Carissimo mi fu il disegno del tempo corrente e dell'intera Repubblica, fattomi con tanto avvedimento: poichè e ci veggo minori pericoli che io non temeva, e rinforzi maggiori; se è vero quel che mi scrivi, tutto il nerbo della città essere posto in mano da governare a Pompeo; e ci ho anche veduto il tuo animo pronto e voglioso alla difesa della Repubblica. Questa tua diligenza poi mi portò un piacere straordinario, avendo tu, in tanta folla di occupazioni, voluto notificarmi lo stato della Re-

augurales libros [27] ad commune utriusque nostrum otium serva. Ego enim, a te quum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse [28] arbitrabar. Nunc tamen, ut ipse polliceris, pro auguralibus libris, orationes tuas confectas omnes exspectabo.

3 Tullius [29], cui mandata ad me dedisti, non convenerat me: nec erat iam quisquam mecum tuorum, praeter omnes meos [30], qui sunt omnes tui.

4 Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo. Bis ad te scripsi [31], me purgans diligenter, te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisses: quod genus querelae mihi quidem videbatur esse amici; sin [32] tibi displicet, non utar eo posthac. Sed si, ut scribis, eae literae non fuerunt disertae, scito meas non fuisse. Vt enim Aristarchus [33] Homeri versum negat, quem non probat: sic tu (libet enim mihi iocari) quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, et in censura, si iam es censor, ut spero, de proavo [34] multum cogitato tuo.

CCLXVI.

(Ad Div. XV, 5)

Argumentum. Excusat, quod supplicationem non decreverit; et tamen decretam gaudet: seque honorificentius dicit sensisse, quam eos, qui supplicationem decreverant.

pubblica. Quanto a' libri augurali, riservali al tempo che avremo ambedue libero: chè, sappi, quando io ridomandava per lettere la tua promessa, io ti credea stare in panciolle sotto Roma [5]. Ma per al presente, in cambio de' libri augurali, mi manderai (secondo che mi prometti) tutte le tue orazioni [6] belle e rivedute.

3 Tullio [7], al quale avevi dato commissioni per me, non mi trovò; e meco non ho alcuno de' tuoi, da tutti i miei in fuori, che son tutti tuoi.

4 Non so io di quali mie lettere stizzose tu parli. Io so d'averti scritto due volte, scusandomiti sottilmente, e te punzecchiando, che tu fossi corso a credere de' fatti miei; il qual genere di doglianza mi parea cosa d'amico. Ma se tu ne hai dispiacere, sarà stata l'ultima. Se poi quelle lettere, come scrivi, non furono eloquenti, tieni per fermo che non furono mie: conciossiachè, come Aristarco [8] dicea non essere di Omero que' versi che a lui dispiacevano, così tu (e' mi giova di berteggiare) non dei credere cosa mia quello che è senza eleganza. Stammi sano; e nella censura (se già se' Censore, siccome spero) tien' bene gli occhi nel tuo bisavolo [9].

CCLXVI. (A Div. XV, 5)

Argomento. Si scusa del non aver dato suo voto pel ringraziamento; e mostra però d'esser contento che gli sia stato decretato: dice però che il suo sentimento gli fu di più onore di quello degli altri che gliel'aveano decretato.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, mense Iunio.

M. CATO M. T. CICERONI IMP. S. P. D.

Quod et res publica me, et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati [1], armati foris, pari industria administrari [2] gaudeam. Itaque, quod pro meo iudicio facere potui, ut innocentia consilioque tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum [3], sociorum revocatam ad studium imperii nostri voluntatem, sententia mea et decreto laudarem [4], feci. Supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil fortuito, sed summa [5] tua ratione et continentia rei publicae provisum est, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mavis, gaudeo [6]. Quod si triumphi praerogativam putas supplicationem [7], et iccirco casum potius, quam te laudari mavis: neque supplicationem sequitur semper triumphus [8], et triumpho multo clarius est, senatum iudicare, potius mansuetudine et innocentia imperatoris, provinciam, quam vi militum, aut benignitate deorum retentam atque conservatam esse: quod ego mea sententia censebam. Atque haec ego iccirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut (quod maxime volo) existimes, me laborare, ut

Scritta a Roma l'anno DCCIII, nel mese di Giugno.

M. CATONE A M. T. CICERONE IMP. S.

Quello che il ben pubblico [1] e la nostra amicizia mi dà, fo io volentieri: di rallegrarmi perchè con virtù, innocenza, sollecitudine, con pari studio da te dimostrate in opere di sommo rilievo, così togato in Roma, come armato di fuori, governasti la tua provincia. Io ho dunque fatto quello che a norma del mio giudizio ho potuto: di lodarti con mia sentenza e decreto dell'aver tu coll'innocenza tua e col consiglio difesa la provincia, servato ad Ariobarzane il regno, con esso la persona di lui, e ricondotto l'animo de' sozi a zelar per l'onore del nostro impero. Quanto a' ringraziamenti che ti furono decretati, quando tu in un fatto nel quale niente per abbattimento, ma per tuo sommo accorgimento e moderazione la Repubblica fu prosperata, tu ami meglio che sia per noi saputone grado agli Dei immortali, anzi che sia da te conosciuto, ed io teco me ne rallegro. Ma se tu credi, il ringraziamento esser ponte al trionfo [2], e per questo tu vuoi anzi il caso vederne lodato che te, sappi che al ringraziamento non conséguita sempre il trionfo [3], e che troppo è maggior onore che il Senato giudichi, meglio per la mansuetudine e innocenza dell'Imperadore la provincia essere stata mantenuta e salvata, che pel valor di soldati, o pel favore de' Numi: e questo giudicio mi condusse alla sentenza che ho data. Or io in questo punto fui più lungo, che non soglio essere [4]; per questo che io sommamente desidero e m'adopero di metterti in capo che io nell'opera dell'onor tuo volli procurarti quella

tibi persuadeam, me et voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sim [9] arbitratus; et, quod tu maluisti, factum esse, gaudere. Vale, et nos dilige, et instituto itinere [10] severitatem diligentiamque sociis et rei publicae praesta.

CCLXVII. (Ad Div. VIII, 11)

Argumentum. 1 Supplicationes Ciceroni, remotis tandem impedimentis, decretas esse nuntiat. 2 Rei publ. statum describit. 3 Commentarium rerum urbanarum mittit; 4 pro curato Sittiano negotio gratias agit.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, mense Iunio.

CAELIVS CICERONI [1] S.

1 Non diu, sed acriter nos tuae supplicationes [2] torserunt. Incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidissimus, cui [3] omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat se ullo modo pati posse, decerni supplicationes [4], ne, quod furore Paulli ademtum esset boni [5], sua culpa videretur amisisse, et praevaricator causae publicae [6] existimaretur. Itaque ad pactionem descendimus [7]; et confirmarunt consules, se his supplicationibus in hunc annum non usuros [8]. Plane, quod utrisque consulibus gratias agas, est; Paullo magis certe. Nam Marcellus sic respondit, se spem [9] in istis supplicationibus non habere; Paullus, se om-

cosa che ho giudicato più gloriosa di tutte; e che del veder fatto quello che ti piacea meglio, ne ho tutto il piacere. Sta sano, e mi ama; e mantieni alla Repubblica e a' sozi la severità e la diligenza, alle quali hai così messo mano.

CCLXVII. (A Div. VIII, 11)

Argomento. 1 Gli fa sapere che, tolti tutti gli ostacoli, il ringraziamento gli era alla fine stato decretato. 2 Gli descrive lo stato della Repubblica. 3 Gli manda il sunto de' fatti urbani; 4 e lo ringrazia dell'opera posta nell'affare di Sizio.

Scritta a Roma l'anno DCCIII, nel mese di Giugno.

CELIO A CICERONE S.

1 Non lunga briga, ma feroce mi diede la cosa tua circa il ringraziamento [1]: così duro groppo ci è dato alle mani. Curione, che pure è di te caldissimo, conciossiachè per tutte le vie gli sieno tolti i dì comiziali [2], affermava che a niun modo patirebbe che si decretasse il ringraziamento, per non perdere in vero studio quel po' di bene che il furore di Paolo gli avea messo in mano, ed anche per non acquistar voce di traditore della causa comune. Siamo dunque divenuti ad una convenzione, che i consoli si obbligarono di non concedere pel presente anno siffatti ringraziamenti a nessuno; di che al tutto tu hai di che ringraziare essi due consoli, e certo Paolo via più: imperocchè Marcello rispose che egli sopra siffatte cerimonie non faceva assegnamento nessuno; ed a lui Paolo, che in

nino in hunc annum non edicturum [10]. Renuntiatum nobis erat Hirrum diutius dicturum [11]: prendimus eum. Non modo non fecit, sed, quum de hostibus ageretur, et posset rem impedire, si, ut numerarentur [12], postularet, tacuit. Tantum Catoni assensus est, qui de te [13] locutus honorifice, non decrerat supplicationes. Tertius ad hos Favonius accessit. Quare, pro cuiusque natura et instituto, gratiae sunt agendae: his, quod tantam voluntatem ostenderunt [14]; pro sententia, quum impedire possent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de suarum actionum cursu tua causa deflexit [15]. Nam Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt [16] et laborarunt. Balbi quoque Cornelii [17] operam et sedulitatem laudare possum. Nam cum Curione vehementer locutus est, et eum, si aliter fecisset, iniuriam Caesari facturum dixit; tum eius fidem in suspicionem [18] adduxit. Decrerant quidem [19], qui neque transigi volebant, Domitii, Scipiones; quibus hac re ad intercessionem evocandam [20] interpellantibus, venustissime Curio respondit, se eo libentius non intercedere, quod quosdam, qui decernerent, videret confici nolle.

2 Quod ad rem publicam attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est, de provinciis [21]: in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar Id. Novemb. [22] decedat.

5 Amicorum literae me ad triumphum vocant; rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν nostram [25], non negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere; quo nos minus inepti videamur.

che si sarebbe fatto. Oh! Oh! egli lasciò suo fratello? È egli cotesto non ritenere il governo punto più là d'un anno? Anche il Senato volea presidenti di provincia que' solamente che non fossero stati prima, ed egli ne fu ben tre anni. Così mi sare' io scusato al popolo: pensa tu quello che fra te e me. Io non avrei avuta un' ora di bene, in caso di qualche scappata di collera, o di villania, o di trascurataggine; che non sarebbe stata la prima [6]. Aggiugni, se nulla trascorresse il figliuolo, fanciullo, e fanciullo di suo capo, che dolore sarebbe il mio! E suo padre nol mandava via, come tu giudicavi lui dover fare; e questo medesimo gli doleva. Or quanto a Celio, io non dico di non esser in pena di quello che e' debba fare, ma che molto meno. Aggiugni anche questo: Pompeo, uomo di tanta e sì radicata potenza, si prese, senza sorti, Q. Cassio [7]; Cesare, Antonio. Farei io villania a tale che la sorte mi pose in mano? e per forma che egli cercasse col fuscellino le mende di chi io avessi lasciato in mio luogo? In somma, egli è stato meglio così: e sì ho esempi non pochi; e se non altro, e' fu un concio della mia vecchiezza [8]. Or sa Dio come ti ho io fatto buon letto nell' opinion sua! anche gli lessi tue lettere, anzi del tuo scrivano [9].

5 Le lettere degli amici mi appellano al trionfo; la qualcosa, come mi pare, non è da mettere dall' un de' lati, a conto della rigenerazion [10] nostra. Di che tu medesimo, o mio Attico, metti mano a desiderarla anche tu, per iscemar biasimo a questa nostra goffezza.

CCLXXVII. (Ad Div. III, 13)

Argumentum. 1 Appio gratias agit, quod suos in supplicatione decernenda adiuvisset, parataque illi officia pollicetur. 2 De Dolabellae reconciliatione non desperat. 3 Censuram ab Appio obtentam esse sperat.

Scr. in Asia A. V. C. DCCIII, mense Sext.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO [1] S. D.

1 Quasi divinarem, tali in officio [2] fore mihi aliquando expetendum studium tuum [3]; sic, quum de tuis rebus gestis agebatur, inserviebam honori tuo. Dicam tamen vere: plus, quam acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit, te non solum auctoritate orationis [4], sententia tua, quibus ego a tali viro contentus eram; sed etiam opera, consilio, domum veniendo, conveniendis meis, nullum munus officii [5] cuiquam reliquum fecisse? Haec [6] mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quae haec laborantur. Insignia enim virtutis [7] multi etiam sine virtute assecuti sunt: talium virorum tanta studia assequi sola virtus [8] potest. Itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae, ipsam amicitiam [9]; qua nihil est uberius, praesertim in iis studiis [10], quibus uterque nostrum devinctus est. Nam tibi me profiteor et in re publica socium, de qua idem sentimus, et in

CCLXXVII. (A Div. III, 13)

Argomento. 1 Rende grazie ad Appio della mano data da lui a' suoi pel decreto sopra il ringraziamento, e gli si promette apparecchiato a compiacergli. 2 Non dispera della riconciliazione di Dolabella. 3 Spera Appio dover avere ottenuta la censura.

Scritta dall'Asia l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Agosto.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Quando io nell'affar de' tuoi fatti mi dava attorno a promuovere l'onor tuo, mostrai d'indovinare che nel servigio medesimo io avrei, quando che sia, desiderato il tuo affetto; e tuttavia dirò il vero: tu m'hai ricambiato a misura di carbone [1]. Conciossiachè da chi non m'è stato scritto che tu non pur coll'autorità del tuo dire, e col voto (e più di questo io non avrei da un tuo pari desiderato), ma eziandio coll'opera, col consiglio, colle visite, coll'abboccarti co' miei, non lasciasti tratto di buon uffizio da fare a nessun altro? Or queste cose vagliono a me troppo più, che non quella medesima per la qual si dura tanta fatica. Conciossiachè le onoranze della virtù alcuni hanno ottenute anche senza virtù; laddove a tanto zelo di tal personaggio non può far merito altro che la sola virtù. Il perchè della nostra amicizia io non mi propongo altro frutto, che essa amicizia, del quale io non n'ho altro più grasso; massimamente per quegli studi a' quali ambedue noi siamo affezionati: perchè io mi ti protesto sozio nella Repubblica (circa la quale noi siamo di un medesimo sentimento), e nel vivere familiare

quotidiana vita coniunctum iis artibus [11] studiisque, quae colimus.

2 Vellem [12] ita fortuna tulisset, ut quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses [13]: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi divinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te [14]: nostrum est onus. Illud velim sic habeas, quod intelliges, hac re novata [15], additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quicquam esse detractum.

3 Quum haec scribebam, censorem te iam esse [16] sperabam. Eo brevior est haec epistola, et, ut adversus [17] magistrum morum, modestior [18]. Vale.

CCLXXVIII. (Ad Div. XV, 6)

Argumentum. Magnam se ex Catonis laudatione voluptatem cepisse profitetur, petitque, ut, si favere noluerit in adipiscendo triumpho, tamen, si sibi decretus fuerit, gaudeat.

Scr. in Asia A. V. C. DCCIII, mense Sext.

M. T. CICERO M. CATONI S. P. D.

Laetus sum laudari me, inquit Hector [1], opinor, apud Naevium, *abs te, pater, a laudato viro* [2]. Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego

con teco congiunto, per quelle arti e studi che noi coltiviamo.

2 Così avesse portato il caso che in quanto onor tengo io tutti i tuoi, in altrettanto potessi tu medesimo i miei; di che tuttavia (mosso da non so quale inspirazione d'animo) io non dispero. Ma di ciò a te non s'appartiene di darti pena: questo è carico mio. Una cosa vorrei chiavarti nell'animo, che tu conoscerai, questa novità non solo niente avere scemato dell'antico mio affetto a te, ma piuttosto fattaci qualche giunta, quantunque ciò non paresse poter avvenire.

3 Scrivendo io queste cose, spero che tu sii oggimai censore: e perciò questa lettera non è troppo lunga, e (per essere scritta ad un maestro di costumi [2]) alquanto modesta. A Dio.

CCLXXVIII. (A Div. XV, 6)

Argomento. Gli promette d'aver sentito sommo piacere delle lodi dategli da Catone; e lo prega, se non volle dargli mano nell'ottenere il trionfo, almeno se ne rallegri, caso che gli fosse decretato.

Scritta dall' Asia l'anno di Roma DCCIII, nel mese d' Agosto.

M. T. CICERONE A M. CATONE [1] S.

Io mi consolo d' essere (dice Ettore, appresso Nevio [2], mi pare) *lodato, o padre, da te uomo lodato:* e certo gioconda è la lode che viene da persone che con lode medesimamente sono vissuti. Or io, sì per la tua congratulazione, e sì per le testimonianze ren-

vero vel gratulatione literarum tuarum, vel testimoniis [3] sententiae dictae, nihil est, quod me non assecutum putem. Idque mihi quum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares. Et, si non modo omnes, verum etiam multi Catones essent [4] in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est: quem ego currum, aut quam lauream [5] cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum sensum [6], et ad illud sincerum ac subtile iudicium, nihil potest esse laudabilius, quam ea tua oratio, quae est ad me perscripta a meis necessariis. Sed causam meae voluntatis (non enim dicam cupiditatis) exposui tibi superioribus literis [7]: quae etiamsi parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis [8] concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur a senatu, minime aspernandus esse videatur. Spero autem, illum ordinem, pro meis ob rem publicam susceptis laboribus, me non indignum honore [9], usitato praesertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissime scribis, ut, quum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris; si id, quod maluero, accidit [10], gaudeas. Sic enim fecisse te, et sensisse, et verius scripsisse video [11]: resque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis iucundum fuisse, quod scribendo affuisti [12]. Haec enim senatus consulta, non

dutemi nel tuo voto, mi tengo aver conseguito quanto uom possa mai. Questo poi mi è, come di infinito onore, così di diletto, che tu di grado non abbia fatto all'amicizia vantaggio sopra la verità. E quando anche, non pure tutti, ma soltanto molti fossero i Catoni nella nostra città, nella quale è miracolo l'essersene trovato uno solo, qual cocchio, qual laurea[3] porrei io a paro a questa tua laude? Conciossiachè, secondo il mio sentire e quel mio sottile e netto giudicio, non è al mondo cosa di maggiore mia lode di quella tua diceria, della qual mi fu scritto da' miei amici. La ragion poi di quella mia vaghezza (non la chiamerò smania) te l'ho già sposta nelle mie ultime lettere; la quale se da te non affatto ragionevole fu giudicata, ha però questa ragione, che l'onore non è da desiderar troppo cupidamente, ma da non disprezzar tuttavia, venendo attribuito dal Senato: ed io voglio sperare che, avendo riguardo a' travagli da me presi per lo ben pubblico, quell'ordine non vorrà credermi indegno di quell'onore, massime che egli è cosa comune. Nel qual caso, io ti prego di sola questa cosa, che avendomi tu (come amichevolmente mi scrivi) attribuito quella lode che a tuo giudizio è la più orrevol di tutte, qualora avvenisse quell'altra, che io amo meglio, che tu ne debba essere contento. E ben veggo io che tu lo hai fatto, e giudicatone e scritto così; anzi il fatto medesimo dimostra, quel mio onore del ringraziamento esserti stato caro: conciossiachè tu fosti allo scrivere del decreto[4]; ed io so bene questi senatoconsulti solersi scrivere dagli amici più caldi della persona che trattasi di ono-

ignoro, ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te propediem videbo, atque utinam re publica meliore, quam timeo [13]!

CCLXXIX. (Ad Div. VIII, 12)

Argumentum. Queritur de Appii Claudii Censoris ingrato animo et iniuriis, narratque, se, quum sibi accusatorem ab eo parari comperisset, ipsum antevertisse et lege Scantinia accusasse.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, mense Sept.

CAELIVS CICERONI [1] S.

Pudet me tibi confiteri, et queri de Appii, hominis ingratissimi, iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia [2], coepit; et, quum homo avarus, ut ea solveret [3], sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen, ut multi mihi renuntiarent, et ipse facile animadverterem, male eum de me cogitare. Posteaquam vero [4] comperi, eum collegium [5] tentasse, deinde aperte cum quibusdam locutum; cum L. Domitio [6], ut nunc est, mihi inimicissimo homine, deliberare; velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio [7]: ipsum ut prenderem [8], et ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarem [9], impetrare a me non potui. Quid ergo est?

rare. Io, come spero, ti vedrò di corto; e faccia Dio, che in uno stato di cose miglior di quello che non vorrei.

CCLXXIX. (A Div. VIII, 12)

Argomento. Si duole dell'ingratitudine e dell'ingiurie di Appio Claudio censore, e gli conta come avendo saputo che colui gli ordiva contro una accusa, egli lo avea preoccupato, accusandolo di legge Scantinia.

Scritta da Roma l'anno DCCIII, nel mese di Settembre.

CELIO A CICERONE S.

Appio, mostro d'ingratitudine [1], in merito de' sommi benefizi de' quali m'era debitore, ha preso ad odiarmi; e mi vergogno di confessarti e dolermiti dell'ingiurie che egli mi fa. Or egli da quell'avaro che egli è, non avendo potuto recarsi a pagarmi quel debito, di celato mi mosse guerra; ma di celato per modo, che molti me 'l venivano rapportando, ed io medesimo gli leggeva nell'animo che e' mulinava contro di me. Ma dopo aver io trovato, lui aver tentato il collegio, indi parlatone alla scoperta con alcuni, ed essersi con L. Domizio [2], che al presente mi vuol tutto il male, deliberato di voler fare a Gn. Pompeo questo presentuzzo; io volea averlo a me, e sconfortarlo da tanta villania (essendomi lui debitor della vita); ma non mi vi sono potuto condurre. Che feci adunque?

Tum quidem cum aliquot amicis [10], qui testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum. Posteaquam illum, ne cui satisfaceret quidem, me dignum habere, sensi [11]: malui collegae eius, homini alienissimo mihi, et propter amicitiam tuam [12] non aequissimo, me obligare, quam illius simiae [13] vultum subire. Id postquam resciit [14], incanduit, et me causam inimicitiarum quaerere clamitavit; ut, si mihi [15] in pecunia minus satisfecisset, per hanc speciem simultatis [16] eum consectarer. Postea non destitit arcessere [17] Polam Servium, accusatorem, inire cum Domitio consilia. Quibus quum parum procederet, ut ulla [18] lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant [19]. Insolentissimi homines, summis Circensibus ludis [20] meis, postulandum me lege Scantinia [21] curant. Vix hoc erat Pola elocutus [22], quum ego Appium censorem eadem lege postulavi. Quod melius caderet, nihil vidi. Nam sic est a populo, et non infimo quoque, approbatum, ut maiorem Appio dolorem fama [23], quam postulatio, attulerit. Praeterea coepi sacellum, in domo quod est, ab eo petere [24]. Conturbat me mora servi huius, qui tibi literas attulit. Nam acceptis prioribus literis, amplius quadraginta dies [25] mansit. Quid tibi scribam, nescio. Scis Domitio diem timori esse [26]. Exspecto te valde, et quam primum videre cupio. A te peto,

Innanzi tratto ne parlai con alcuni amici, che ben sapeano de' meriti che io ho verso di lui; ma avendo io compreso come egli non m'avea creduto degno nè eziandio di scusarmisi, io ho amato meglio obbligar me medesimo al collega di lui (quantunque d'animo a me avverso, e, per esser io tuo amico [3], non il più affezionato del mondo), di quello che rappresentarmi a quella scimia. Risaputolo, egli si fece di fuoco, e si mise a gridare, che io gli coglica addosso cagioni di inimicizia; quasi come, non pagandomi egli il danaro, io, sotto questo colore di odio, gli volessi far male. Appresso scopertamente non rifinava di rinfocolar l'accusatore Pola Servio a mulinar con Domizio. Ma vedendo che loro non venía fatto di darmi, sopra nessuna legge, punto di accusa, vollero farmi citare sopra tal legge che loro non dava appicco. Que' temerarii danno opera che sul finire de' miei giuochi circensi [4] mi sia data querela di legge Scantinia [5]. Non aveva Pola ancora ben recitata l'accusa, che io al censore Appio diedi querela della medesima legge. Non vidi mai colpo che andasse meglio investito: conciossiachè la cosa fu dal popolo (e non mica dalla feccia) approvata, che cosse più ad Appio cotesta fama, dell'accusa. Indi misi mano a ridomandargli la cappella [6] che egli si tiene in casa. Mi sconcia forte il badare che fa questo fante che ti portò già le mie lettere: perchè avendo ricevute le ultime, baloccò bene quaranta giorni e più. Non ho altro da scriverti. Domizio, sai tu? sta in pena del termine a lui posto 7. Ti aspetto come una pioggia di luglio, e muoio di rivederti al più presto. Le mie in-

ut meas iniurias perinde [27] doleas, ut me existimas et dolere et ulcisci tuas solere. Vale.

CCLXXX. (Ad Div. VIII, 14)

Argumentum. 1 Domitii repulsam, et Saturnini accusationem; 2 Pompeii et Caesaris discordiam; 3 Appii Censoris ridiculam diligentiam narrat; 4 quid de futuro rei publ. statu auguretur, exponit.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, mense Sept.

CAELIVS CICERONI [1] S.

1 Tanti non fuit Arsacen [2] capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres. Numquam tibi oculi doluissent [3], si in repulsa Domitii vultum vidisses. Magna illa comitia fuerunt, et plane studia [4] ex partium sensu apparuerunt: perpauci, necessitudinem secuti, officium praestiterunt [5]. Itaque mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam [6] tam oderit, quam me: atque eo magis, quod per iniuriam sibi putat ereptum [7], cuius ego auctor fuerim. Nunc furit, tam gavisos homines suum dolorem, unumque me studiosiorem Antonii. Nam Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius [8] reum fecit, sane quam superiore vita invidiosum [9]. Quod iudicium nunc in exspectatione est, etiam [10] in bona spe, post Sex. Peducaei absolutionem.

giurie vorrei che ti dessero tanto dolore, quanto sai che io ne porto, e son solito di vendicare le tue. A Dio.

CCLXXX. (A Div. VIII, 14)

Argomento. 1 Gli conta della repulsa fatta a Domizio, e della accusa a Saturnino; 2 della discordia tra Pompeo e Cesare; 3 della ridicola diligenza di Appio Censore; 4 e gli mostra quello che egli indovina dello stato della Repubblica.

Scritta da Roma l'anno DCCIII, nel mese di Settembre.

CELIO A CICERONE S.

1 Non valea tanto il pigliare Arsace ed espugnare Seleucia [1], quanto il non essere tu stato alla commedia che qui è stata rappresentata. Tu non avresti mai più patito dolor di occhi, se avessi potuto vedere il volto di Domizio nella repulsa [2]. Que' comizii furono un gran fatto d'arme; e parve al tutto dipinto il favore di qua e di là delle parti: pochissimi furono che guardassero al dovere; sì l'affezione li strascinò. Adunque Domizio al presente non può vedermi; e non è alcun suo domestico che egli odii tanto, quanto fa me: e tanto più che egli si tien sicuro, per le mie pratiche essergli stato ingiustamente [3] tolto il boccone di bocca; ed ora egli smania del veder nella gente tanta allegrezza del suo dolore, e che io solo porti Antonio più efficacemente di tutti. Imperocchè esso Gn. Domizio [4] diede querela a Gn. Saturnino il giovane (e veramente, per la vita dinanzi, aveva di che); il qual giudizio s'aspetta ora, e se ne spera anche bene, dopo assoluto Sesto Peduceo [5].

2 De summa re publica [11] saepe tibi scripsi, me annum pacem [12] non videre: et quo propius ea contentio, quam fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum apparet propositum. Hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi [13]: quod Cn. Pompeius constituit non pati, C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit; Caesari autem persuasum est, se salvum esse non posse [14], si ab exercitu recesserit. Fert illam [15] tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores et invidiosa coniunctio [16] non ad occultam recedit obtrectationem, sed ad bellum se erumpit [17]; neque, mearum rerum quod consilium capiam, reperio. Quod [18] non dubito, quin te quoque haec deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; tum causam illam, non homines odi [19]. Illud te non arbitror fugere, quin [20] homines in dissensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis certetur [21], honestiorem sequi partem: ubi ad bellum et castra ventum sit, firmiorem; et id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia video, Cn. Pompeium senatum, quique res iudicant [22], secum habiturum; ad Caesarem omnes, qui cum timore, aut mala spe vivant, accessuros; exercitum [23] conferendum non esse. Omnino satis spatii [24] sit ad considerandas utriusque copias, et ad eligendam partem.

2 La somma delle cose pubbliche batte qui: che, come spesso ti scrissi, io non veggo poter la pace durare per tutto un anno; e quanto viene stringendo, più che non sarebbe bisogno, quella cotal briga, tanto il pericolo si manifesta maggiore; ed ecco il perno sopra il quale si aggira lo sforzo de' padroni della Repubblica: che Gn. Pompeo è fermo di non patire che Cesare sia creato console, se prima non abbia rassegnato l'esercito e le provincie; e Cesare è incapato di non poter esser sicuro, abbandonando l'esercito; e tuttavia propone il partito, che ambedue rassegnino il comando delle truppe. Così quegli amori e quella odiosa lega [6] non è fatta cagione di una segreta nimistà, ma vuole sfogarsi in guerra aperta. Il perchè io non so partito al quale mi torni meglio di appigliarmi; e sono ben certo che questa consultazione debba eziandio a te dar da pensare: conciossiachè con questi due io son legato di parentela e di affetto [7], e anche odio non gli uomini, ma la causa. E credo bene che tu ti sappi, dovere gli uomini nelle gare domestiche (finchè il dibattimento è di ragioni senz'armi) seguire il più onesto partito: ma, venuto che si sia all'armi e alla forza, il più sodo; e quello aver per migliore, che fia più sicuro. In questa controversia veggo io bene che Pompeo avrà dalla sua il Senato ed i giudici, e che con Cesare si stringeranno tutti coloro che vivono in timore, o che sperano bene da' mali; e che l'un esercito non può tenersi a petto dell'altro. In somma abbiam agio e tempo da far le ragioni d'ambedue gli eserciti, e da deliberarsi per l'una delle due parti.

3 Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appium censorem hic ostenta facere [25]? de signis et tabulis, de agri modo [26], de aere alieno acerrime agere? Persuasum est ei, censuram, lomentum aut nitrum esse [27]. Errare mihi videtur. Nam sordes [28] eluere vult; venas sibi omnes et viscera aperit [29]. Curre, per deos atque homines, et quam primum haec risum veni: legis Scantiniae iudicium apud Drusum [30] fieri; Appium de tabulis et signis agere. Crede mihi, est properandum.

4 Curio noster sapienter id quod remisit de stipendio Pompeii [31], fecisse existimatur. Ad summam, quaeris, quid putem futurum. Si alteruter [32] eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere discordias, quas ferrum et vis iudicabit. Uterque et animo [33] et copiis est paratus. Si sine tuo periculo fieri posset, magnum et iucundum [34] tibi fortuna spectaculum parabat.

CCLXXXI. (Ad Att. VI, 8)

Argumentum. 1 Attici literis a Battonio acceptis se laetatum, allatis autem ab eo terroribus Caesarianis cohorruisse scribit; 2 de Hirri repulsa quid ei videatur, quaerit; 3 de itinere suo refert; 4 ut de triumpho suo cogitet, rogat.

3 Io mi era quasi dimentico di quello che più importava. Sai tu che Appio censore fa qui roma e toma? e che in opera di statue, di tavole, di compartimento di possessioni, di debiti, combatte a piè e a cavallo? Egli s'è cacciato in testa, la censura esser nitro, o farina di fava. Ben mi pare che operi storto: chè mentre vuol levare le macchie [8], mette in mostra tutte sue vene e interiora. Corri, per bacco, e sollecita di esser qui a ridere di tali uomini e fatti: io vo' dire del giudicio che si fa appo Druso sopra la legge Scantinia [9]; di Appio, che si dà attorno per le statue e le pitture. Credimi: non è da perder tempo.

4 Il nostro Curione si crede saviamente aver fatto a condiscendere allo stipendio di Pompeo. Ora per recartela a oro, se vuoi sapere quello che io aspetti: Mancando o l'uno o l'altro de' due, di condursi alla guerra Partica, veggo in aria grandi controversie, che saranno dalla forza e dal ferro finite: e sì l'uno come l'altro sono bene provveduti di coraggio e di gente. Peccato che egli non possa farsi senza pericolo! chè del resto la fortuna ti volea far godere uno spettacolo de' maggiori.

CCLXXXI. (Ad Att. VI, 8)

Argomento. 1 Scrive d'essersi rallegrato per la lettera di Attico, ricevuta da Battonio, e del ribrezzo provato per le orribili novelle di Cesare; 2 dello sfratto avuto da Irro gli dimanda il suo parere; 3 gli conta del suo viaggio; 4 e lo prega di darsi pensiero del suo trionfo.

Scr. Ephesi A. V. C. DCCIII, Kal. Oct.

CICERO ATTICO S.

1 Quum instituissem ad te scribere, calamumque [1] sumsissem, Battonius e navi recta [2] ad me venit domum Ephesi, et epistolam tuam reddidit II Kal. [3] Octobres. Laetatus sum felicitate navigationis tuae, opportunitate Piliae [4], etiam mehercule sermone eiusdem de coniugio Tulliae meae. Battonius autem miros terrores ad me attulit Caesarianos; cum Lepta etiam plura locutus est: spero, falsa, sed certe horribilia: exercitum nullo modo dimissurum [5]; cum illo praetores designatos, Cassium tribunum plebis, Lentulum consulem facere; Pompeio in animo esse, urbem relinquere [6].

2 Sed heus tu, numquid moleste fers de illo [7], qui se solet anteferre patruo sororis tuae filii? at a quibus victus? Sed ad rem.

3 Nos etesiae vehementissime tardarunt. Detraxit xx ipsos [8] dies etiam aphractus Rhodiorum. Kal. Octob. Epheso conscendentes [9] hanc epistolam dedimus L. Tarquitio, simul e portu egredienti, sed expeditius naviganti. Nos Rhodiorum aphractis, ceterisque longis navibus tranquillitates

Scritta da Efeso l'anno di Roma DCCIII,
il primo del mese d'Ottobre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Volendoti io scrivere, e presa in mano la penna, eccoti Battonio, che di nave venne a me difilato in Efeso, con una tua lettera dell'ultimo di settembre. Mi consolai che tu avesti buon mare, e del felice scontro di Pilia, e in verità, eziandio di ciò che ti disse delle nozze della mia Tullia. Ma Battonio mi contò di Cesare cose da spiritare; e più altre ne disse anche a Lepta (le credo false [1]; ma sarebbono ben rovinose): che Cesare non è per licenziare l'esercito a nessun patto, e che egli ha per sè i pretori designati, Cassio tribun della plebe e 'l cónsolo Lentulo; e Pompeo aver vôlto l'animo a partire da Roma [2].

2 Ma dimmi, frate: come se' tu scontento del Messere, che è solito mettersi innanzi al barba del figliuolo di tua sorella? [3] E' fu vinto: e da cui? ma torniamo a bomba.

3 Le etesie mi storpiarono l'andare senza misura; anche il galeone Rodiano mi fece perdere venti interi giorni. Il calen d'ottobre, montando in nave da Efeso, consegnai questa lettera a L. Tarquizio, che usciva meco del porto, ma dovea spacciare il cammino. Noi sulle galee Rodiane volemmo cogliere ogni destro di

aucupaturi [10] eramus. Ita tamen properabamus, ut non posset magis.

4 De rauduscuIo Puteolano [11], gratum. Nunc velim dispicias res Romanas: videas quid nobis de triumpho cogitandum putes; ad quem amici me vocant. Ego, nisi Bibulus, qui, dum unus hospes [12] in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam domo sua [13], adniteretur de triumpho, aequo animo essem. Nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Sed explora rem totam; ut, quo die congressi erimus, consilium capere possimus. At multa [14], qui et properarem, et ei literas darem, qui aut mecum, aut paullo ante venturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit. Tu dices utriusque nostrum verbis et Piliae tuae, et filiae.

CCLXXXII. (Ad Att. VI, 9)

Argumentum. 1 Laetatur Atticum ex febricula convalescere; 2 petit, ut Philotimum observet; 3 provinciam a se fratri non traditam confirmat; 4 Attici de Tulliae coniugio et de rebus publicis literas exposcit.

Scr. Athenis A. V. C. DCCIII, Idibus Octob.

CICERO ATTICO S.

1 In Piraeea [1] quum exissem prid. Idus Octobres, accepi ab Acasto, servo meo, statim tuas

bel tempo; e tuttavia studiammo tanto la via, che più non si sarebbe potuto.

4 Mi piace la cosa del debituzzo di Pozzuolo. Or vorrei che tu stessi alla posta delle cose di Roma, e vedessi quello che a te paia doversi deliberar del trionfo, al quale provocato son dagli amici. Ora se Bibulo (il quale, finchè in Siria ci fu anima di ospite [4], non cavò piè di terra più che si facesse di casa [5]) non lavorasse a piè e a cavallo pel trionfo, io me ne passerei lievemente: ma in questo termine *saria vergogna il tacere* [6]. Or tu cerca ben la bisogna per ogni verso: sicchè, essendo noi insieme, siamo in termine da pigliar partito. Ma anche troppo: da che scrivo a corsa; e la lettera mia ti verrà in mano con esso me, o poco prima. Cicerone ti saluta mille volte; e tu a nome nostro farai il medesimo a Pilia tua ed alla figliuola.

CCLXXXII. (Ad Att. VI, 9)

Argomento. 1 Si consola con Attico che stesse meglio della febbre; 2 e lo prega di aver l'occhio a Filotimo. 3 Gli raffèrma il punto del non aver lasciato il governo in mano al fratello. 4 Gli dimanda novelle circa il maritaggio di Tullia e le cose pubbliche.

Scritta da Atene l'anno di Roma DCCIII, il 15 di Ottobre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Appena uscito di nave nel Pireo [1] a' 14 di ottobre, di presente Acasto mio fante mi dà la tua let-

literas: quas quidem quum exspectassem iam diu, admiratus sum, ut vidi obsignatam epistolam, brevitatem eius; ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum, quae solent tuae compositissimae et clarissimae esse [2]; ac, ne multa, cognovi ex eo, quod ita [3] scripseras, te Romam venisse a. d. XII Kalend. Octob. cum febri [4]. Percussus vehementer, nec magis, quam debui, statim quaero ex Acasto. Ille et tibi et sibi visum [5], et ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommode. Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. Sed amavi tamen, admiratusque sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. Spero enim, quae tua prudentia et temperantia est [6], et hercule, ut me iubet Acastus, confido, te iam, ut volumus, valere.

2 A Turannio te accepisse meas literas gaudeo. Παραφύλαξον, si me amas, τὴν τοῦ φυρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτόκατα [7]. Hanc, quae mehercule mihi magno dolori est (dilexi enim hominem), procura, quantulacumque est, Praecianam hereditatem [8]; prorsus ille ne attingat. Dices [9], nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi: in quo, ut praecipis, nec me κενὸν in expetendo cognosces, nec ἄτυφον in abiiciendo.

3 Intellexi ex tuis literis, te ex Turannio audisse, a me provinciam [10] fratri traditam. Adeon'

tera. Io l'aspettava, egli è un pezzo, e veggendola sigillata, mi maravigliai come fosse sì breve; apertala, anche trovai un guazzabuglio di carattere, quando il tuo suol essere nitidissimo e ben formato al possibile; e (per finirla) dal detto garbuglio del carattere indovinai che a' 20 di settembre tu eri venuto a Roma colla febbre. Ne fui forte trafitto (e non fui più che io dovessi), e di tratto ne dimando Acasto. Egli risponde, che come a te, così a lui era paruto (ed il medesimo avea in casa ritratto altresì da' tuoi) non esser male di risico; e ciò medesimo mi fu raffermato dalle parole che tu mettesti nel fine: cioè che tu avevi scritto sentendoti d'un poco di febbricella. Or te ne son bene obbligato; e maraviglia'mi che tu non ti fossi per ciò perdonato di scrivermi di tua mano. Basti adunque: da che io voglio sperare sopra la tua saviezza e moderazione; e meglio anche, perchè Acasto me ne assicura, mi tengo certo che tu oggimai sia risanato, com' io desidero.

2 Mi piace che Turannio ti abbia consegnata la mia lettera. Abbi l'occhio, per quanto ben tu mi vuoi, alla sperticata cupidigia di Filotimo [2] il rimescolatore. Poni tu le mani in cotesta eredità di Precio (così da nulla come ella è), la quale in fede mia mi dà gran dolore, avendogli io voluto un gran bene: a colui non lasciarla toccare, nè molto nè poco; digli, quello esser danaro che mi bisogna ad apparecchiar il trionfo: nell'agonia del quale, secondo che tu mi conforti, nè mi troverai un vanerello, nè un disensato nel rifiutarlo.

3 Ho ritratto dalle tue lettere, averti detto Turannio che io ho messo in man la provincia al fratello.

ego [11] non perspexeram prudentiam literarum tuarum? Ἐπέχειν [12] te scribebas. Quid erat dubitatione dignum, si esset quicquam, cur placeret fratrem, et talem fratrem, relinqui? Ἀθέτησις ista mihi tua, non ἐποχὴ, videbatur. Monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem neutiquam relinquerem [13]. Τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί. Eadem omnia, quasi collocuti essemus, vidimus. Non fuit faciendum aliter, meque ἐπιχρονία ἐποχὴ tua, dubitatione liberavit. Sed puto te accepisse de hac re epistolam scriptam accuratius.

4 Ego tabellarios postero die ad vos eram missurus, quos puto ante venturos, quam nostrum Sauseium [14]. Sed cum sine meis literis ad te venire, vix rectum erat. Tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, id est de Dolabella [15], perscribes; de re publica, quam praevideo in summis periculis; de censoribus, maximeque de signis, tabulis quid fiat; referaturne [16]. Idibus Octob. has dedi literas: quo die, ut scribis, Caesar Placentiam legiones quatuor [17]. Quaeso, quid nobis futurum est? In arce Athenis [18] statio mea nunc placet.

CCLXXXIII. (Ad Div. XIV, 5)

Argumentum. 1 Reditum ex provincia Cilicia significat; omnes uxoris epistolas sibi redditas esse nuntiat. 2 Pe-

Oh! fui io tanto goffo da non iscoprire l'accorgimento del tuo scrivere? chè tu mi scrivesti d'esser in ponte. Ora, se il lasciare quivi il fratello, e tale fratello, da qualche lato ti fosse piaciuto, qual cagione dovevi aver tu d'essere così sospeso? Io dunque presi questa tua sospensione per un bel no. Anche mi ammonivi circa il fanciullo Q. Cicerone, che punto del mondo non vel lasciassi. *Veniva il tuo sogno col mio* [3]: chè noi, come ci fossimo prima abboccati insieme, abbiamo del tutto imberciato nel medesimo segno. Non ne era da fare altro; e il tuo così lungo stare infra due mi cavò di ogni dubbio. Ma in questo proposito tu dei aver avuto una mia lettera che te ne parla tritamente.

4 Io avea deliberato per domani mandarti de' messi, i quali m'è avviso che ti debbano arrivare più presto del nostro Saufeio; ma, partendo egli, nol credetti dovere lasciar venire senza due righe. Fammi sapere qualcosa della mia Tullietta, cioè di Dolabella, secondo che mi promettesti; e sì della Repubblica, la quale mi par vedere in grande pericolo; de' censori [4], ed in ispezieltà quello che si conchiuda circa le statue e le tavole; e se decreto se ne bandisca. Scrissi a' 15 di ottobre; nel qual giorno, come tu scrivi, Cesare è per condurre a Piacenza [5] quattro legioni [6]. Or dimmi: dove mi metti tu? Certo per al presente mi giova di starmi nella cittadella d'Atene [7].

CCLXXXIII. (A Div. XIV, 5)

Argomento. 1 Le significa il suo ritorno dal governo di Cilicia; e le dice d'aver avuto tutte sue lettere. 2 La prega di ve-

tit, ut sibi quam longissime obviam properet. 3 Hereditatis Praecianae curam ei demandat.

Scr. Athenis A. V. C. DCCIII, XV Kal. Nov.

M. T. CICERO [1] TERENTIAE ET TVLL. SVIS S. P. D.

1 Si tu et Tullia, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero valemus. Pridie Idus Octobres Athenas venimus, quum sane adversis ventis usi essemus, tardeque et incommode navigassemus. De nave [2] exeuntibus nobis Acastus cum literis praesto fuit uno et vicesimo die, sane strenue. Accepi tuas literas, quibus intellexi, te vereri, ne superiores mihi redditae non essent. Omnes sunt redditae; diligentissimeque a te perscripta sunt omnia; idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus [3], hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse. Iam enim me ipsum exspectas [4], sive nos ipsos, qui quidem quam primum ad vos venire cupimus: etsi in quam rem publicam veniamus [5], intelligo. Cognovi enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare [6]; ut mihi, quum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam. Sed, quando [7] subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam, ut veniamus, quo facilius de tota re deliberemus.

nirgli incontro più avanti di via che ella può; 3 e le mette in mano la bisogna dell'eredità di Precio.

Scritta da Atene l'anno di Roma DCCIII, il 18 del mese di Ottobre.

M. T. CICERONE ALLE SUE TERENZIA E TULLIETTA S.

1 Se tu e la Tullia, gioia nostra, siete sani, ed io col dolcissimo Cicerone altresì. Fui ad Atene il 14 di ottobre, avendo avuto mal vento, e lenta e fastidiosa navigazione. Uscendo di nave, ecco Acasto [1] con tue lettere in ventun giorno: colui non badò, ti so dire. Ritrassi da essa lettera, come tu dubitavi non forse le ultime tue non mi fossero pervenute; ma elle mi furono, sì, tutte; e trovai ogni cosa scritta con somma accuratezza. Il che m'è stato carissimo; e non mi maravigliai della brevità di essa lettera, messami in mano da Acasto, pensando che tu aspettavi d'ora in ora me stesso, o piuttosto noi medesimi; i quali, ti prometto, muoiam di voglia di essere con voi quanto prima; sebbene io intenda bene in qual fatta di Repubblica sia per venire, da che dalle lettere di molti amici, che Acasto mi diede, ho compreso le cose esser vôlte all'armi [2]; sicchè venuto che io sia, non potrò nascondere qual lato io mi prenda. Ma posciachè o asso o sei dee pur essere, ed io solliciterò il mio venire, per poter meglio prendere riciso partito.

2 Tu velim, quod commodo [8] valitudinis tuae fiat, quam longissime poteris, obviam nobis properes [9].

3 De hereditate Praeciana, quae quidem mihi magno dolori est (valde enim illum amavi), hoc [10] velim cures: si auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius, aut, si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet. Nos quum salvi [11] venerimus, reliqua per nos agemus: sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. Si dii nos adiuvabunt [12], circiter Idus Novembres in Italia speramus fore. Vos, mea suavissima et optatissima Terentia, et Tulliola, si nos amatis, curate ut valeatis. Athenis, a. d. XV Kalendas Novembr.

CCLXXXIV. (Ad Att. VII, 1)

Argumentum. 1 Breviter repetit ea, quae superiore epistola (ad Att.) scripserat. 2 Rogat, ut impendente bello civili inter Caesarem et Pompeium de omni statu suo cogitet. 3 Cohortem suam abstinentiam, quam diu simularat, extremo proconsulatus tempore deposuisse queritur. 4 Petit, ut se in triumpho consequendo adiuvet. 5 De Philotimi fraudibus cavendis et persequendis monet.

Scr. Athenis A. V. C. DCCIII, circ. XV Kal. Nov.

CICERO ATTICO S.

1 Dederam equidem [1] L. Saufeio literas, et de-

2 Tu (se può essere senza tuo incomodo) fa di venirmi all'incontro più avanti che ti sia possibile.

3 Circa l'eredità di Precio (la quale assai mi addolora, avendolo io amato assai) dà opera, se l'incanto sarà fatto prima del mio arrivo, che Pomponio, ovvero (non potendo esso) Camillo si dia la briga del fatto mio. Arrivato che sia, io penserò del resto per me medesimo. Ora se tu se' già uscita di Roma, vedrai di condurre la cosa come ti ho detto. Io, se Dio m'aiuti, spero essere in Italia intorno a' 13 di novembre; e voi, la carissima e desideratissima mia Terenzia e Tullietta, per quanto ben mi volete, mantenetevi sane. Di Atene a' 18 d'ottobre.

CCLXXXIV. (Ad Att. VII, 1)

Argomento. 1 Ritocca sommariamente lo scrittogli nell'ultima lettera. 2 Lo prega che, per la soprastante guerra civile tra Pompeo e Cesare, pensi bene del come abbia a governarsi. 3 Si duole che la sua coorte, che avea lungamente dato vista di disinteresse nel fine del suo governo, si sia tratta la maschera. 4 Lo prega di dargli la mano nell'ottener il trionfo. 5 Lo ammonisce circa il prendersi guardia e aver l'occhio alle truffe di Filotimo.

Scritta da Atene l'anno di Roma DCCIII, circa il 18 d'Ottobre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 A L. Saufeio io avea ben dato lettera per te, per

deram ad te unum, quod, quum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis literis ad te venire nolebam. Sed, ut philosophi ambulant [2], has tibi redditum iri putabam prius. Sin iam illas [3] accepisti, scis me Athenas venisse prid. Idus Octobres; e navi egressum in Piraeeum tuas ab Acasto nostro literas accepisse; conturbatum, quod cum febre Romam venisses; bono tamen animo esse coepisse, quod Acastus ea, quae vellem, de allevato corpore tuo nuntiaret; cohorruisse autem me, quod tuae literae de legionibus Caesaris afferrent; et egisse tecum, ut videres, ne quid φιλοτιμία eius, quem nosti, nobis noceret; de quo [4] iam pridem ad te scripseram. Turannius autem secus [5] tibi Brundisii dixerat; quod ex iis literis cognovi, quas a Xenone [6], optimo viro, accepi. Cur fratrem provinciae non praefecissem, exposui breviter. Haec fere sunt in illa epistola.

2 Nunc audi reliqua. Per fortunas! omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudico singularem, converte iam ad eam curam [7], ut de omni statu meo cogites. Videre enim mihi videor tantam dimicationem [8], nisi idem deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, respexerit rem publicam; sed tantam [9], quanta numquam fuit. Age, hoc malum

te solo, perchè, sebbene di scrivere non avessi agio d'avanzo, io non volli che una persona tanto tua intrinseca venisse a te colle mani vote. Ma, secondo andar filosofico, io giudicai che questa dovesse venirti in mano prima di quella. Ora se tu l'hai già ricevuta, tu sai dunque che io sono arrivato ad Atene a' 14 di ottobre; che appena smontato nel Pireo, il nostro Acasto mi consegnò la tua lettera, la quale mi tribolò sentendoti venuto a Roma con la febbre; ma che tuttavia ho preso qualche conforto per le buone novelle che Acasto mi diede del tuo meglio essere: in oltre, che io m'avea sentito un gielo, per quello che mi scrivevi delle legioni di Cesare; e che io t'avea raccomandato di veder modo di guarentirmi dalla filotimia del Messere che tu ben sai, del quale io t'avea già fatto motto, buon tempo è. Ma Turannio t'avea in Brindisi contato la cosa a rovescio, come io ritrassi dalle lettere di quella perla di Zenone: or io t'ho dimostro alla corta, come fosse stato che al fratello non misi in man la provincia. Questo è sottosopra il sunto di quella lettera.

2 Or odi il restante. Per ogni tuo bene, per tutto quel tuo amore che tu m'hai ricevuto nel cuore, per tutta la tua prudenza (la quale in buona fede io giudico in ogni genere miracolosa), ti prego, datti tutto a pensare del consiglio che tu debba darmi circa tutto lo stato mio. Conciossiachè (se quel Dio medesimo il quale, con troppo miglior ventura che io non avrei osato desiderare, mi campò dalla guerra de' Parti, non soccorra alla nostra Repubblica) e' mi par di vedere siffatto abburattamento, quanto non fu mai fino a qui.

mihi commune est cum omnibus. Nihil tibi mando, ut de eo cogites. Illud meum proprium πρόβλημα, quaeso, suscipe. Videsne, ut te auctore sim utrumque complexus [10]? Ac vellem a principio te audisse amicissime monentem [11]:

'Αλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες,
Πατρίδος·

sed aliquando tamen persuasisti, ut alterum complecterer, quia de me erat optime meritus [12]; alterum, quia tantum valebat. Feci igitur; itaque effeci omni obsequio [13], ut neutri illorum quisquam esset me carior. Haec enim [14] cogitabamus: nec mihi, coniuncto cum Pompeio, fore necesse peccare in re publica [15] aliquando; nec, cum Caesare sentienti, pugnandum esse cum Pompeio [16]: tanta erat illorum coniunctio. Nunc impendet, ut et tu ostendis, et ego video, summa inter eos contentio. Me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter. Nam Pompeius non dubitat (vere enim iudicat), ea, quae de re publica nunc sentiat, mihi valde probari. Utriusque autem accepi eiusmodi literas eodem tempore, quo tuas; ut neuter quemquam omnium pluris facere, quam me, videretur. Verum quid agam? non quaero illa ultima [17] (si enim castris res geretur, video cum altero vinci satius esse, quam cum altero [18] vincere), sed illa, quae tum agentur, quum venero:

Ma lascia ire: questa è una disgrazia che io m'ho a comune con tutti, per conto di questa non ti impongo un pensiero al mondo. E' c'è un altro punto che tocca in proprio: questo, per Dio, tu hai da far tuo. Or non vedi tu come, a' tuoi conforti, io ho preso a carezzare ambedue? e ben vorrei aver dato orecchio al principio agli amorevolissimi tuoi consigli. *Ma tu non m' hai persuaso che uomo potesse aver nulla più caro della sua patria* [1]. Tuttavia nella fine m'hai recato a ricevere in cuore l'uno, perchè io gli avea infinito obbligo; l'altro, perchè avea un poter così grande. L'ho fatto adunque, e fatto per forma che non era al mondo persona che nessun di loro avesse più cara di me: e certo io facea meco questa ragione: — Tenendoti tu legato a Pompeo, non avrai cagione di misfare contro la patria; nè consentendo a Cesare, ti fia bisogno romperti con Pompeo, essendo egli corpo ed anima insieme. — Ma ecco, come tu mi dimostri ed io veggo, ora egli sono per venire ad una spaventevol rottura. Ora ciascun di loro mi conta per suo; se già l'uno di loro non ne fa vista: dacchè, quanto a Pompeo, egli non ha un dubbio al mondo (ed imbercia nel segno) che il presente suo sentimento circa la Repubblica sia fortemente da me lodato; ed anche da ambedue loro ricevetti lettere nel tempo medesimo che da te: sicchè ben si pare nessun di loro far maggior conto di persona del mondo, che egli si faccian di me. Adunque che farò io? e non dimando già circa il passo estremo della guerra; alla quale se ci convenga venire, ben veggo io esser meglio rimaner vinto con l'uno, che vincer coll'altro: ma di quello che io abbia fare alla mia venuta quanto al non aver riguardo a lui sì lontano [2],

ne ratio absentis habeatur, ut exercitum dimittat. *Dic M. Tulli*[19]. Quid dicam? Exspecta, amabo te, dum Atticum conveniam? non est locus ad tergiversandum. Contra Caesarem? ubi illae sunt densae[20] dexterae? Nam ut illi hoc liceret, adiuvi, rogatus ab ipso Ravennae de Caelio tribuno plebis[21]. Ab ipso autem? etiam a Cnaeo nostro, in illo divino tertio consulatu. Aliter sensero? αἰδέομαι non Pompeium modo, sed Τρῶας, καὶ Τρῳάδας.

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην καταθήσει[22].

Quis? tu ipse scilicet, laudator et factorum et scriptorum meorum. Hanc ego[23] plagam effugi per duos superiores Marcellorum consulatus[24], quum est actum de provincia Caesaris. Nunc incido in discrimen ipsum. Itaque, ut stultus primus suam sententiam dicat[25], mihi valde placet, de triumpho nos moliri aliquid; extra urbem esse cum iustissima causa. Tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam.

3 Ridebis[26] hoc loco fortasse. Quam vellem etiam nunc in provincia morari! plane opus fuit, si hoc impendebat. Etsi nil miserius. Nam ὁδοῦ πάρεργον, volo te hoc scire: omnia illa prima, quae etiam tuis literis[27] in caelum ferebas, ἐπίτηκτα fuerunt. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis eius diuturna simulatio! Quum enim hoc rectum

ed al fargli licenziare l'esercito. M'aspetto d'esser richiesto così: OR CHE DI' TU, M. TULLIO? [3] Che ho a dire? Aspetta, di grazia, tanto che io m'abbocchi con Attico? E' non c'è luogo a stare infra due. Io contro Cesare? or dov'è la mano già a lui impalmata? [4] imperocchè io gli ho dato di spalla, acciocchè la cosa gli fosse conceduta, quando esso in Ravenna mi pregò per conto di Celio [5] tribun della plebe. Ma che dico *esso?* anzi eziandio Gneo Pompeo, in quel terzo divin suo consolato [6]. Or dovrò io mutarmi? *Io temo*, non pure Pompeo, ma *i Troiani e le Troiane* [7]. *Polidamante* [8] *medesimo sarebbe il primo a gittarmelo in viso.* Qual Polidamante? tu stesso appunto, panegirista de' fatti miei e degli scritti. Io ho cessato questo mal passo per li due consolati de' Marcelli, ne' quali si trattò della provincia di Cesare; ora son côlto appunto agli stretti. Per la qual cosa (per esser io il primo pazzo che dica suo parere) mi va molto a sangue il mostrar di darmi faccenda per amor del trionfo, avendo io cagione santissima di star fuori: e tuttavia faranno il diavolo per cavarmi di bocca il mio sentimento [9].

3 A questo passo ti veggo ridere. Deh! quanto era meglio per me d'essere rimaso tuttavia in provincia! Sì: questo era il miglior tratto del Mondo, dovendomi cader addosso questo sinistro; quantunque egli era in fatti una morte: imperocchè io tel voglio pur dire, da che in su questo siamo caduti. Sappi, quelle prime glorie de' miei, le quali tu scrivendomi levavi alle stelle, sono ite in fumo. Oh! come è vero, la virtù non essere cosa agevole! e quanto è difficile il mantenerne

et gloriosum putarem, ex annuo sumtu, qui mihi decretus esset, me C. Caelio quaestori relinquere annuum [28], referre in aerarium ad H-S cIↃ [29]; ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere; ut ego amicior invenirer Phrygum et Cilicum aerariis, quam nostro. Sed me non moverunt. Nam et mea laus [30] apud me plurimum valuit. Nec tamen quicquam honorifice in quemquam fieri potuit, quod praetermiserim. Sed haec fuerit, ut ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis.

4 Tu autem de nostro statu cogitabis: primum, quo artificio tueamur benivolentiam Caesaris; deinde de ipso triumpho, quem video, nisi rei publicae tempora impedient, εὐπόριστον. Iudico autem quum ex literis amicorum, tum ex supplicatione; quam qui non decrevit [31] plus decrevit, quam si omnes decresset triumphos. Ei porro assensus est unus, familiaris meus, Favonius, alter iratus, Hirrus. Cato autem et scribendo affuit, et ad me de sententia sua iucundissimas literas misit. Sed tamen gratulans mihi Caesar de supplicatione, triumphat [32] de sententia Catonis; nec scribit, quid ille sententiae dixerit, sed tantum, supplicationem eum mihi non decrevisse. Redeo ad Hirrum. Coeperas eum mihi placare: perfice. Habes Scrofam, habes Silium [33]. Ad eos ego etiam antea scripsi, et ad ipsum Hirrum. Locutus enim erat cum iis, commode se potuisse impedire [34], sed noluisse; as-

a lungo la maschera! Imperocchè giudicando io giusta cosa ed orrevole dell' annuo mio assegnamento lasciare al questore C. Celio il mantenimento di un anno, rassegnandone nella cassa pubblica un milione di sesterzii, la mia coorte ne sospirò, chè avea fatto ragione di tutto papparselo, per farmi parer più tenero delle casse de' Frigii e de' Cilicii, che della nostra. Ma nulla ne fecero: chè l'onor mio m'è stato troppo più caro; e tuttavia non era al mondo onoranza che a persona potesse farsi, che loro non l'abbia fatta. Questa fia, come dice Tucidide [10], una non inutile *digressione*.

4 Or tu circa lo stato mio penserai, prima, con quali ingegni possiamo mantenerci la grazia di Cesare; l'altra, intorno ad esso trionfo, il quale (se le circostanze della Repubblica non guastano) mi pare manesco: e lo ritraggo sì dalle lettere degli amici, sì dal ringraziamento; in luogo del quale quel Sere, che non me ne fece il decreto, mi decretò più onori che per tutti i trionfi del mondo [11]. Con esso lui s'accostò sì l'amico mio Favonio, e sì Irro già meco sdegnato; ma e Catone fu allo scrivere del decreto, e circa la sua sentenza mi scrisse cose di schietto mele. E tuttavia Cesare, in quello che meco si congratula del ringraziamento, mena trionfo della sentenza di Catone: non mi dice però le parole di essa sua sentenza; solamente nota che egli non volle decretarmi il ringraziamento. Torno ad Irro [12]. Tu avevi messo mano a meco rappattumarlo; cavane le mani: tu hai Scrofa, tu hai Silio, a' quali io ho già scritto, ed anche ad esso Irro: conciossiachè egli avea detto loro come egli avrebbe potuto leggermente guastare il ringraziamento, ma non

sensum tamen esse Catoni, amicissimo meo, quum is honorificentissimam in me sententiam dixisset; nec me ad se ullas literas misisse, quum ad omnes mitterem. Verum dicebat. Ad eum enim solum, et ad Crassipedem non scripseram.

5 Atque haec de rebus forensibus. Redeamus domum. Diiungere me ab illo [35] volo. Mirus est φυράτης, germanus Lartidius [36].

Ἀλλὰ, τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.

Reliqua expediamus. Hoc primum, quo [37] accessit cura dolori meo [38]: sed hoc tamen, quicquid est, Praecianum cum iis rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo. Scripsi ad Terentiam, scripsi etiam ad ipsum, me, quicquid possem nummorum, ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum [39]. Ista puto ἄμεμπτα fore: verum ut lubebit [40]. Hanc quoque suscipe curam, quemadmodum experiamur [41]. Id et tu ostendisti quibusdam literis, ex Epiro an Athenis datis? et in eo ego te adiuvabo.

CCLXXXV. (Ad Div. XVI, 1)

Argumentum. Suum desiderium Tironi, quem Patris aegrotum reliquerat, significat, eique valitudinis curam diligenter commendat.

aver voluto; e tuttavia aiutato il parer di Catone, mio amicissimo, il quale m'avea messo in cielo; e che nondimeno io non gli avea scritto mai nulla, che avea però scritto a tutti. Diceva vero: chè egli e Crassipede [13] sono i due soli a cui nulla ho scritto.

5 E tutto ciò quanto al foro; torniamo in famiglia. Da quel cotale voglio affatto spiccarmi: egli è una cima di garbuglione [14], un vero e marcato Lartidio [15]. *Ma il fatto lascerem noi fatto com' è, ... quantunque me ne dolga.* Ora a spacciare il resto, e innanzi tratto: questa (qual che ella si sia) eredità di Precio, per la quale al mio dolore s'è aggiunta una pena, non intendo che sia confusa colle altre mie ragioni che colui ha alle mani. Ne ho scritto a Terenzia, ed anche a lui medesimo: che tutto quel danaro che potesse venirmene, io il rassegnava nelle tue mani pel provvedimento dello sperato trionfo. Qui non avrà egli alcuna presa di accusarmi. Ma fa tu: pígliati sopra l'altre eziandio questa briga [16], che veggiam modo di venirne a capo, secondo che tu in alcune tue lettere dall'Epiro (o forse da Atene?) mi dimostrasti; ed in questo medesimo io ti darò di spalla.

CCLXXXV. (A Div. XVI, 1)

Argomento. Significa a Tirone la sua pena circa lo averlo lasciato infermo a Patrasso, e gli raccomanda di aver cura di sua salute.

Scr. in itinere quum ex provincia rediret A. V. C. DCCIII, III Non. Nov.

M. T. CICERO ET CICERO MEVS ET FR. ET FRATRIS FIL. TIRONI S. P. D.

Paullo facilius putavi posse me ferre desiderium tui; sed plane non fero: et quamquam magni ad honorem nostrum [1] interest, quam primum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim: sed quia tua voluntas ea videbatur esse, ut prorsus, nisi confirmato corpore, nolles navigare, approbavi tuum consilium; neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin autem postea, quam cibum cepisti [2], videris tibi posse me consequi, tuum consilium est. Marionem [3] ad te eo misi, ut aut tecum ad me quam primum veniret, aut, si tu morarere, statim ad me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si commodo valitudinis tuae fieri possit, nihil me malle, quam te esse mecum: si autem intelliges opus esse, te Patris, convalescendi causa, paullum commorari, nihil me malle, quam te valere. Si statim navigas, nos Leucade consequere [4]: sin te confirmare vis; et comites, et tempestates, et navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. Unum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis adventus, et hae literae moveant. Quod valitudini

Scritta in viaggio, ritornando dalla provincia, l'anno di Roma DCCIII, il 3 di Novembre.

M. TULLIO, E 'L MIO CICERONE E 'L FRATELLO E 'L NIPOTE AL SUO TIRONE [1] S.

Io mi credea portar bene più leggermente il dolore di non esser teco; ma egli è l'opposito. Or sebbene assai importi al mio onore [2] il venire a Roma al più presto, al contrario mal mi sembra aver fatto a partirmi da te. Ma perocchè mi parve che tu fossi fermo di non voler al tutto metterti in mare prima d'essere ben riavuto, ed io approvai il tuo consiglio; e se tu se' del parer medesimo, non mi rimuto eziandio al presente. Che se dopo aver cominciato a pigliar cibo, ti senti da poter seguitarmi, fa tu. T'ho mandato Marione con ordine o di venir teco al più presto, ovvero di tornar di presente, se a te convenisse badare. Ora tu vivi sicuro, se la tua sanità non ne debba patire, non esserei cosa che io meglio desideri che di averti meco; ma se tu vedi essere necessario alla intera tua riavuta di rimanerti qualche tempo in Patrasso, non esservi cosa che io meglio desideri che di vederti sano. Se tu puoi di tratto metterti alla vela, mi raggiugnerai a Leucade; ma se tu vuoi rifarti ben forte, tu ti darai tutta la cura di aver buon tempo, buoni compagni e buona la nave. Di sola una cosa ti guarda, o mio Tirone, di non darti pena per la venuta di Marione e per questa mia lettera. Tu non potresti meglio fare la mia

tuae maxime conducet, si feceris, maxime obtemperaris voluntati meae. Haec pro tuo ingenio considera. Nos ita te desideramus, ut amemus: amor, ut valentem videamus, hortatur; desiderium, ut quam primum. Illud igitur potius [5]. Cura ergo potissimum, ut valeas: de tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc [6] gratissimum. III Nonas Novembres.

CCLXXXVI. (Ad Div. XVI, 2)

Argumentum. Solicitudinem suam de Tironis valitudine significat, et ut eam diligenter curet, rogat.

Scr. Alyziae A. V. C. DCCIII, Non. Nov.

TVLLIVS TIRONI SVO S. P. D.

Non queo ad te, nec lubet [1] scribere, quo animo sim affectus: tantum scribo, et tibi et mihi maximae voluptati fore, si te firmum quam primum videro. Tertio die abs te ad Alyziam [2] accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia cxx. Leucade aut te ipsum, aut tuas literas a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Nonis Novembr. Alyzia.

volontà, che facendo quello che torni meglio alla tua sanità. Metti mano al tuo ingegno in pensar bene a questo, che io ti desidero sì, ma per amore: l'amore mi ti fa desiderare di veder sano; il desiderio, che ciò sia al più presto. Dunque la cosa del vederti sano mi preme più. In questo adunque attendi di forza, che de' tuoi innumerabili servigi questo mi sarà di tutti più caro. A' 3 di novembre [3].

CCLXXXVI. (A Div. XVI, 2)

Argomento. Mostra la sua angustia per la malattia di Tirone, e lo prega di prenderne cura diligente.

Scritta da Alizia l'anno di Roma DCCIII, il 5 di Novembre.

TULLIO AL SUO TIRONE S.

Non posso nè mi giova di scrivere come io mi senta dell'animo: scrivo senza più, che del vederti sano al più presto tu non potrai essere più consolato, che ne sarò io medesimo. Il terzo giorno da che t'ho lasciato arrivai ad Alizia [1], che è un luogo al di qua di Leucade quindici miglia [2]. In Leucade [3] io sperava dover ricevere o te medesimo, o tue lettere da Marione. Attendi a star bene, per quanto mi ami, ovvero per quanto sai essere amato da me. A' 5 di novembre, da Alizia.

CCLXXXVII. (Ad Div. XVI, 3)

Argumentum. Rogat, ut omni cura valitudini serviat.

Scr. Leucade A. V. C. DCCIII, VIII Id. Nov.

TVLLIVS ET CICERO TIRONI SVO S. D.
ET Q. PATER ET Q. FILIVS.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi [1] literas ante dederamus, unum diem commorati sumus, quod Quintus [2] nos consecutus non erat. Is dies fuit Nonae Novemb. Inde ante lucem proficiscentes, ante diem VIII Idus Novemb. has literas dedimus. Tu, si nos omnes amas, et praecipue me, magistrum tuum [3], confirma te. Ego valde suspenso animo exspecto, primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis [4]. Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre: sed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris; satis quotidie videro [5], si valebis. Utilitatibus tuis possum carere: te valere, tua causa primum volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

CCLXXXVIII. (Ad Div. XVI, 4)

Argumentum. Hortatur, ut valitudini serviat, nec ante, quam plane confirmatus sit, proficisci festinet.

CCLXXXVII. (A Div. XVI, 3)

Argomento. Lo prega di usar tutto lo studio in guardare la sua sanità.

Scritta da Leucade l'anno di Roma DCCIII, il 6 di Novembre.

TULLIO E CICERONE E QUINTO IL PADRE E QUINTO IL FIGLIUOLO AL LORO TIRONE S.

Ad Alizia (donde già t'ho scritto) sono stato un dì senza più (perchè Quinto non m'avea anche raggiunto), e fu a' 5 di novembre. Sul muovermi avanti giorno di là, a' 6 ti scrissi questa. Per lo bene che tu porti a noi, ed in ispezieltà a me tuo maestro [1], raccattami bene le forze. Io sto aspettando, assai sospeso dell'animo, prima te (s'intende), e poi Marione con tue lettere. Noi tutti muoiam di voglia, ed io sopra tutti, di vederti al più presto; ma ben riavuto, ve', o mio Tirone. Il perchè non ti dar punto fretta. E' mi riuscirà un averti ben veduto dì per dì, se tu torni sano. Io posso bene far senza delle comodità che ho di te; ma la sanità tua m'è cara, prima per rispetto tuo, ed appresso per mio, il mio Tirone. A Dio.

CCLXXXVIII. (A Div. XVI, 4)

Argomento. Lo conforta di aversi cura, e non darsi fretta di partire, che prima non siasi ben riavuto.

Scr. Leucade A. V. C. DCCIII, VII Id. Nov.

M. T. CICERO ET [1] Q. FR. ET Q. FIL. TIRONI S.

Varie sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus [2], paullum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad [3] plane valeas, te neque navigationi, neque viae committas. Satis te mature videro [4], si plane confirmatum videro. De medico et tu bene existimari scribis, et ego sic audio. Sed plane curationes [5] eius non probo. Ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses: sed tamen et ad illum scripsi accurate, et ad Lysonem. Ad Curium [6] vero, suavissimum hominem, et summi officii, summaeque humanitatis, multa scripsi; in his etiam, ut, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster, vereor, ne negligentior sit: primum, quia omnes Graeci; deinde, quod [7], quum a me literas accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum sit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumtu [8] ne parcas ulla in re, quod [9] ad valitudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret. Medico ipsi [10] puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me officia, domestica,

Scritta da Leucade l'anno di Roma DCCIII, a' 7 di Novembre.

M. T. CICERONE E Q. FRATELLO E Q. FIGLIO A TIRONE S.

La tua lettera m'ha variamente commosso: la prima faccia turbatomi forte, la seconda un poco m'ha riavuto. Io sono adunque fermo che nè per terra nè per mare tu non ti debba mettere, se non a sanità bene rassicurata. Io ti vedrò abbastanza presto, se ti vedrò del tutto tornato in forze. Il medico [1], secondo che scrivi, è uom di credito; e così sento dire io medesimo; tuttavia non posso approvar la sua cura: non era per te il brodo [2], con cotesta tua debolezza di stomaco. Nondimeno gli ho scritto accuratamente, ed a Lisone altresì; a Curio poi, persona dolcissima, cortese e gentile, al possibile ho scritto a lungo; fra l'altre cose, che, desiderandolo tu, ti dovesse ridurre in casa sua. Conciossiachè il nostro Lisone [3] non vorrei che fosse anzi trascurato che no: prima perchè così son tutti i Greci; l'altra, perchè avendogli io scritto, non rispose anche nulla. Tuttavia tu te ne lodi; e tu ne farai quello che ti parrà meglio. Di questo ben ti prego, Tirone mio, che tu non la guardi in danaro, per cosa del mondo che ti potesse giovare. A Curio ho scritto già che ti dia ogni cosa che tu volessi. Anche al medico credo esser da fare qualche donuzzo, che lo faccia più diligente. Sono senza numero le tue amorevolezze verso di me, sì di casa, sì di città, sì del

forensia, urbana, provincialia: in re privata, in publica, in studiis, in literis nostris. Omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. Ego puto te bellissime, si recte erit, cum quaestore Mescinio [11] decursurum. Non inhumanus est, teque, ut mihi visus est, diligit. Sed [12] quum valitudini tuae diligentissime consulueris, tum, mi Tiro, consulito navigationi. Nulla in re iam te festinare volo. Nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet: et quum tua et mea maxime interest te valere, tum multis est curae. Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, numquam te confirmare potuisti. Nunc te nihil impedit. Omnia depone, corpori servi. Quantam diligentiam in valitudinem tuam contuleris, tanti me fieri [13] iudicabo. Vale, mi Tiro, vale, vale, et salve. Lepta [14] tibi salutem dicit, et omnes. Vale. VII Idus Novemb. Leucade.

CCLXXXIX. (Ad Div. XVI, 5)

Argumentum. Scribit, se crebras a Tirone de eius valitudine literas exspectare, et, ut eam diligenter curet, hortatur.

foro e della provincia; così nelle cose private, come nelle pubbliche, negli studi miei e nelle lettere. Ma tu avrai messo il colmo a tutto, se (come spero) tu mi ti renda nella tua prima tempra. Ora come tu sii in buon essere, io credo che venendone tu col questore Mescinio, avrai comodissimo viaggio: chè egli è uomo non villano, e (a quello che me ne pare) ti ama. Ma vedi che tu non pensi del ben navigare, che prima tu non abbi pensato diligentissimamente della tua sanità. In somma, non vo' che ti dia fretta per niente; io non sono in pena d'altro, che del tuo bene stare. Vivi pur sicuro, il mio Tirone, non esser al mondo persona che a me voglia bene, che non voglia altresì a te: onde, importando a me ed a te senza fine la tua salute, essa importa a molti altri. Ecco: per non esserti tu fino a qui risparmiato in nessun mio servigio, tu vai per questo ancora crocchiando. Al presente non ne hai più cagione nessuna; lascia andar tutto; abbiti cura. Io farò ragione della stima che tu dei fare di me, dal più o meno studio che tu metterai a star bene. A Dio, o mio Tirone, a Dio, a Dio. Stammi sano. Lepta e gli altri ti salutano. A Dio. Da Leucade a' 7 di novembre.

CCLXXXIX. (A Div. XVI, 5)

Argomento. Dice di aspettar da Tirone spesse novelle della salute sua, e 'l conforta di governarsi diligentemente.

Scr. Leucade A. V. C. DCCIII, VII Id. Nov.

TVLLIVS ET CICERO ET Q. Q. [1] TIRONI HVMANISS. ET OPT. S. P. D.

Vide, quanta sit in te suavitas. Duas horas Thyrei [2] fuimus. Xenomenes hospes [3] tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quae tibi essent opus. Facturum puto. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportaret [4], ut ibi te plane confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere, quem, quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres; sed cogitavi, unas literas Marionem afferre posse, me autem crebras exspectare. Poteris igitur, et facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus [5] in portu. Multi erunt, quibus recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras [6] euntem neminem praetermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade. Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas [7]; cetera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens, VII Idus Novemb.

Scritta da Leucade l'anno di Roma DCCIII, a' 7 di Novembre.

TULLIO E CICERONE E I DUE QUINTI ALL'OTTIMO E AMABILISSIMO TIRONE S.

Pensa mo', amabilità che tu hai: io fui in Tireo [1] due ore, e Senomene mio ospite ti vuol tanto bene, che pare vissuto con te. Egli mi s'è obbligato per tutte le cose che ti bisognassero: e credo, e' farà di fatti. Se tu fossi tornato più in forze, mi saria stato caro che tu trasportassi te medesimo in Leucade, per quivi dare l'ultima mano a rimetterti in tempra. Starai al piacere di Curio, di Lisone e del medico. Io volea rimandarti Marione [2]; e tu essendo così un po' migliorato, mel rimandassi. Ma ho pensato che Marione non potea portarmi più d'una lettera, ed io n'aspetto l'una sopra l'altra. Tu puoi dunque fare (e lo farai, se mi ami) che Acasto sia ogni dì al porto, dove saranno molti a cui dare sicuramente lettere, che volentieri me le porteranno: e così farò io, che non lascierò partir alcuno per Patrasso senza dargliene. Io, quanto al tuo diligentemente governarti, mi riposo affatto in Curio: non è al mondo uom più affettuoso di lui, nè che a me voglia più bene; a lui ti commetto. Io amo meglio di averti ben forte un po' più tardi che di presente accasciato. Adunque non ti dare altra pena, che dello star bene; del resto, lascia far a me. A Dio due e tre volte. Sul partir da Leucade, a' 7 di novembre.

CCXC. (Ad Div. XVI, 6)

Argumentum. Iterum rogat, ut valitudinem curet, et crebro literas mittat.

Dat. Actio A. V. C. DCCIII. VII Id. Nov.

M. TVLLIVS CICERO PATER ET FIL.
ET Q. Q. TIRONI S. D.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die [1], magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram cui darem, quam quo haberem, quod [2] scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiae. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium [3]. Quum valitudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam navigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura, cura te, mi Tiro. Quando non contigit [4], ut simul navigares, nihil est, quod festines: nec quicquam [5] cures, nisi ut valeas. Etiam atque etiam vale. VII Idus Novemb. Actio, vesperi.

CCXCI. (Ad Div. XVI, 7)

Argumentum. Adversis ventis se teneri scribit: ut valitudinem curet, nec nisi confirmatus naviget, hortatur.

CCXC. (A Div. XVI, 6)

Argomento. Da capo lo prega di aversi cura, e di scrivergli spesso.

Data da Azio l'anno di Roma DCCIII, a' 7 di Novembre.

M. TULLIO CICERONE PADRE E FIGLIO E I DUE QUINTI A TIRONE S.

Questa è la terza lettera che oggi [1] ti scrivo, più per mantenere il mio proposito (avendo a chi darla), che per averne materia. Dunque, come di sopra: quanto tu mi vuoi bene, tanto abbi riguardo a te stesso. Agli innumerabili servigi a me fatti metti il colmo con questo, che mi fia di tutti gratissimo. Dopo aver tu avuto ogni cura di ben guarire (chè spero l'avrai), abbila di ben navigare. A tutti che vengono qua, darai lettere a me; come nessuno viene costà, al quale io non ne dia. Abbiti cura, abbiti cura, il mio Tirone. Posciachè il caso ci tolse di navigar insieme, non v'è ragione di darti fretta, nè pena di altro, che del guarire. A Dio una volta e dieci. A' 7 di novembre, di Azio [2], a sera.

CCXCI. (A Div. XVI, 7)

Argomento. Gli scrive di essere ritenuto dal mal tempo: l'esorta di aver cura di sua salute, e di non navigare se prima non è in buono stato.

Scr. Corcyrae A. V. C. DCCIII, XV Kal. Dec.

M. T. CICERO [1] TIRONI S. P. D.

Septimum iam diem Corcyrae tenebamur; Quintus [2] autem pater et filius Buthroti. Soliciti eramus de tua valitudine mirum in modum; nec mirabamur nihil a te literarum [3]. Iis enim ventis istinc navigatur, qui si essent [4], nos Corcyrae non sederemus. Cura igitur te, et confirma: et, quum commode, et per valitudinem, et per anni tempus, navigare poteris, ad nos, amantissimos tui, veni [5]. Nemo nos amat, qui te non diligat. Carus omnibus, exspectatusque venies. Cura, ut valeas etiam atque etiam, Tiro noster. Vale. XV Kalend. Decemb. [6] Corcyra.

CCXCII. (Ad Div. XVI, 9)

Argumentum. Navigationem in Italiam describit, iterumque valitudinis curam Tironi commendat.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCIII. IV Kal. Dec.

M. TVLLIVS ET CICERO ET QVINTVS TIRONI S. P. D.

Nos a te, ut scis, discessimus a. d. IIII Non. Novemb. Leucadem venimus a. d. VIII Idus No-

Scritta da Corfù l'anno di Roma DCCIII, a' 17 di Novembre.

M. T. CICERONE A TIRONE S.

Questo è il settimo giorno che io son qui ritenuto in Corfù, e Quinto il padre col figliuolo in Butroto. Noi siamo, più che tu possa credere, in pena dello stato tuo; nè già maraviglia che non abbiamo tue lettere: imperocchè il navigar di costà ha tal vento, che se fosse altro, io non mi starei indarno a Corfù [1]. Adunque govérnati e piglia forze; ed al primo buon navigare, che ti darà la tua convalescenza ed il tempo, vienne a noi, che ci consumiamo di te. Nessuno vuol bene a noi, che a te non ne voglia: tu verrai caro ed aspettato da tutti. Attendi di tutta forza a ritornar in vigore, il nostro Tirone. A Dio. Di Corfù, a' 17 di novembre.

CCXCII. (A Div. XVI, 9)

Argomento. Gli descrive il suo navigare in Italia, e torna a raccomandargli lo studio di riaversi.

Scritta da Brindisi l'anno di Roma DCCIII, a' 28 di Novembre.

M. TULLIO E CICERONE E QUINTO A TIRONE S.

Io mi son partito da te, come sai, a' 2 di novembre; a' 6 fui a Leucade, a' 7 ad Azio. Quivi sostenni

vembr., a. d. VII Actium. Ibi propter tempestatem a. d. VI Idus morati sumus. Inde a. d. quintum Idus Corcyram bellissime navigavimus. Corcyrae fuimus usque a. d. XVI Kalend. Decembr. [1] tempestatibus retenti. A. d. XV Kalend. Decembr. in portum Corcyraeorum ad Cassiopen [2] stadia CXX processimus. Ibi retenti ventis sumus usque a. d. IX Kalendas. Interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cenati solvimus. Inde austro lenissimo [3], coelo sereno, nocte illa et die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus; eodemque vento postridie (id erat [4] a. d. VII Kalend. Decembr.) hora quarta Brundisium venimus; eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia [5]: quae te facit plurimi. A. d. V. Kal. Decembr. servus Cn. Plancii Brundisii tandem aliquando mihi a te exspectatissimas literas reddidit, datas Idibus Novembr., quae me molestia valde levarunt: utinam omnino liberassent! Sed tamen Asclapo medicus plane confirmat, propediem te valentem fore. Nunc quid ego te horter [6], ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum? Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi. Scio te omnia facturum, ut nobiscum quam primum sis. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes. Symphoniam Lysonis [7] vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres [8]. Sed quando pudori tuo maluisti

per lo mal tempo fino agli 8. Di là a' 9 navigammo col miglior vento a Corfù. Rimasi in Corfù fino a' 15 di novembre, ritenutovi dalla procella. A' 17 ci conducemmo per quindici miglia al porto di Corfù presso di Cassiope [1], dove fummo ritenuti dal vento fino a' 23. In questo mezzo tempo avendo molti troppa voglia di partire, ruppero in mare. Noi salpammo quel dì medesimo appresso mangiare; e di là con mollissimo austro, a ciel sereno, in quella notte e 'l giorno seguente toccammo quasi per giuoco l'Italia ad Otranto; e l'altro dì (che fu a' 25 di novembre) col vento medesimo alle quattro fummo a Brindisi; entrando in quella con noi nella terra Terenzia, la quale ti ha molto a cuore. A' 27 il servo di Gneo Plancio mi consegnò in Brindisi finalmente la tua aspettatissima lettera colla data de' 13, la quale mi cavò di una gran pena: così m'avesse ella cavato di tutta! Tuttavia Asclapone il medico afferma del tutto che di dì in dì tu sarai ben riavuto. Ora per la convalescenza io ti conforto di usare ogni riguardo. Conosco la tua saviezza, la moderazione, e l'amore che porti a me; so che non ti lascerai tratto a fare, per esser meco al più presto: ma, vedi, per forma che tu non voglia correre. Avrei avuto caro che tu ti cessassi da essere alla festa di Lisone [2], sì che non mi cascassi nella quarta settimana [3]. Ora posciachè hai voluto anzi servire alla tua modestia, che alla tua sanità, pigliati guardia per innanzi. Scrissi a Curio che facesse il dovere col medico [4], ed

obsequi [9], quam valitudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico honos haberetur [10], et tibi daret, quod opus esset; me, cui iussisset, curaturum [11]. Equum et mulum Brundisii tibi reliqui. Romae, vereor, ne ex Kal. Ian. magni tumultus sint [12]. Nos agemus omnia modice. Reliquum est, ut te hoc [13] rogem, et a te petam, ne temere naviges. Solent nautae festinare quaestus sui causa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum et difficile tibi restat. Si poteris, cum Mescinio [14] (caute is solet navigare); si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, teque nobis incolumem stiteris [15], omnia a te habebo. Etiam atque etiam, noster Tiro, vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale, salve.

CCXCIII. (Ad Att. VII, 2)

Argumentum. 1 Brundisium se venisse; 2 Attici invalitudine se conturbari significat. 3 Solicitudinem de Tironis morbo fatetur, et Curii in eo curando diligentiam laudat. 4 Atticum filiola sua delectari laetatur. 5 Addit pauca de triumphi spe; 6 et Catonis malivolentia; 7 de Chrysippi liberti discessu; 8 de periculis rei publicae.

a te desse il bisognevole; io l'avrei pagato a cui egli m'avesse detto. Lasciai da pigliartene servigio in Brindisi un cavallo ed un mulo. In Roma io temo di gran rovesci pel primo dell'anno [5]: io, a checchè metta mano, temperatamente. Mi riman senza più da dimandarti e pregarti che non ti metta in mare alla sprovveduta. I navichieri son soliti sollecitare per cagion di guadagno. Va col calzare del piombo, o mio Tirone: un tratto di mare ti resta grande e malagevole. Se puoi, accompágnati con Mescinio, che è solito navigare avvisatamente; se non questo, e tu vieni con qualche persona di credito, che tenga alle mosse il navicellaio. Se in questo tu andrai senza fine avvisato, e mi ti renderai sano e forte, mi avrai messo in cielo. A Dio cento volte, il mio Tirone. Al medico, a Curio, a Lisone ho scritto di te con tutto il calore. A Dio, stammi sano.

CCXCIII. (Ad Att. VII, 2)

Argomento. 1 Gli conta d'essere arrivato a Brindisi, e della pena che sentiva della malsanía di lui. 2 Confessa la sua angustia per la malattia di Tirone; 3 e loda la diligenza di Curio nel governo di lui. 4 Gode che Attico senta diletto della figliuola; 5 ci aggiugne qualcosa sopra la speranza del trionfo, 6 e la malvoglienza di Catone; 7 la partenza del liberto Crisippo, 8 e de' pericoli pubblici.

Scr. Brundisii A. V. C. DCCIII. IV Kal. Dec.

CICERO ATTICO S.

1 Brundisium venimus VII Kalend. Decembres usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites [1]. Hunc σπονδειάζοντα, si cui voles τῶν νεωτέρων, pro tuo vendita [2].

2 Invalitudo tua me valde conturbat. Significant enim tuae literae, te prorsus laborare. Ego autem, quum sciam, quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, et propemodum infringat: etsi alteram quartanam Pamphilus tuus [3] mihi dixit decessisse, et alteram leviorem accedere. Terentia vero, quae quidem eodem tempore ad portam Brundisinam venit, quo ego in portum, mihique obvia in foro fuit, L. Pontium sibi in Trebulano [4] dixisse narrabat, etiam eam decessisse. Quod si ita est, est quod maxime mehercule opto; idque spero [5] tua prudentia et temperantia te consecutum.

3 Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem, quae quidem erant tua manu. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae literae; non amabam [6], quod indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio [7] facta est; Tironem Patris aegrum reliqui, adolescentem,

Scritta da Brindisi l'anno di Roma DCCIII, a' 28 di Novembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Fui a Brindisi a' 25 di novembre col buon vento da casa tua: così dall'Epiro ci traea mollissimo l'Onchesmite [1] (questo spondaico il puoi spacciare a cui tu voglia de' giovani, per cosa tua [2]).

2 La tua malsanía mi tien forte in pena: dicendomi le tue lettere che tu se' in fatti in fatti malato. Or io, che ti so bene gagliardo, non vorrei che e' fusse qual cosa di troppo più malizioso che ti sforza a ceder la mano, e per poco ti mandi a terra: quantunque mi disse il tuo Pamfilo che la prima quartana diè luogo, e che n'entra la seconda più mite. Anche Terenzia (la quale entrava per la porta di Brindisi, in quella che io in porto, e mi scontrò nella piazza) mi contò L. Ponzio averle detto nel Trebulano che eziandio essa seconda se n'era andata. Il che se è così, egli è quello che in fede mia io volea meglio del mondo; e ciò spero che ti sia tocco la mercè del tuo avvedimento e moderazione.

3 Or vengo al fascio delle tue lettere, che in un tempo medesimo ho ricevute, l'una più melata dell'altra: io dico quelle di tua mano; imperocchè le scritte da Alessi ebbi io ben care, perchè faceano quasi preciso ritratto della tua lettera; non l'ebbi care, perchè mi ti mostravano malato. Or a questo proposito: Io lasciai malato a Patrasso Tirone, dabben giovane,

ut nosti (et adde, si quid vis), probum [8]: nihil vidi melius. Itaque careo aegre. Quamquam videbatur se non graviter habere; tamen sum solicitus, maximamque spem habeo in M.' Curii diligentia, de qua ad me scripsit Tiro, et multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit, quam tu velles se [9] a me diligi, et eo sum admodum delectatus. Et mehercule est, quem facile diligas; αὐτόχθων in homine urbanitas est [10]. Eius testamentum deporto Ciceronum signis obsignatum, cohortisque praetoriae [11]: fecit palam te [12] ex libella, me ex teruncio. In Actio Corcyrae [13] Alexio me opipare muneratus est. Quinto Ciceroni obsisti non potuit, quo minus Thyamim [14] videret.

4 Filiola tua te delectari laetor, et probari tibi, φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα [15]. Etenim, si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio; qua sublata, vitae societas tollitur. Bene eveniat [16], inquit Carneades. Spurce: sed tamen prudentius [17], quam Lucius noster et Patro: qui, quum omnia ad se referant, nec quicquam alterius causa fieri putent [18], et quum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit [19]; non intelligunt, se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed haec, opinor, sunt in iis libris [20], quos tu laudando, animos mihi addidisti.

5 Redeo ad rem. Commodo [21] exspectabam epi-

come tu sai (e tu aggiugni pure quel più che vuoi); non c'è al mondo di meglio: onde mi tribola l'esserne senza. Veramente non si crede troppo gran male; tuttavia sono in pena. Tutta la mia speranza dimora nella diligenza di Manio Curio, della quale Tirone stesso mi scrisse, e molti mi contarono. Ora esso Curio ben comprese quanto tu avevi caro che io lo amassi; di che ho preso sommo piacere: e veramente egli ha una natura d'indole così dolce, da amarlo senza fatica [3]. Io porto il suo testamento co' sigilli de' Ciceroni [4] e della coorte [5] pretoria; manifestamente lascia te erede di tutto il suo [6], me di un picciolo. In Azio di Corfù [7] Alessione [8] mi presentò splendidamente; a Q. Cicerone non potei negare di fargli vedere il Tiami [9].

4 Mi consola il diletto che tu prendi della tua figliuoletta, e che tu abbi per buono l'affetto natural de' figliuoli [10]: conciossiachè se e' non fosse così, non avrebbe l'uomo altro legame che il tenesse congiunto; e tolto questo, sarebbe tolta ogni società della vita. Venga a bene [11] dice Carneade: bestialmente; e tuttavia con più prudenza che non fa il nostro Lucio e Patrone, i quali mettono sè per fine di quello che non fa per altri; e dicendo che l'uomo non può esser buono per altro, che per non incogliergli punto di male, e non perchè ciò per sua natura sia retto, non s'accorgono che e' ci diffiniscono non l'uomo dabbene, ma l'uom provveduto. Ma queste cose ho io dette (o mi pare) in que' libri, i quali avendo tu lodato, mi facesti crescere il cuore due palmi.

5 Torno al proposito. Io aspettava come una piog-

stolam, quam Philoxeno dedisses (scripseras enim, in ea esse [22] de sermone Pompeii Neapolitano): eam mihi Patro Brundisii reddidit; Corcyrae, ut opinor, acceperat. Nihil potuit esse iucundius. Erat enim de re publica; de opinione, quam is vir haberet integritatis meae; de benivolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundissimum, quod intellexi, te ad eum venisse, ut eius animum erga me perspiceres. Hoc mihi, inquam, accidit iucundissimum. De triumpho [23] autem nulla me cupiditas umquam tenuit ante Bibuli impudentissimas literas, quas amplissima [24] supplicatio consecuta est. A quo si ea gesta essent [25], quae scripsit, gauderem, et honori faverem; nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit [26], honore augeri; me, in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum, nostrum, inquam, te coniungens. Itaque omnia experiar; et, ut spero, assequar. Quod si tu valeres, iam mihi quaedam explorata essent. Sed, ut spero, valebis.

6 De rauduscolo Numeriano [27] multum te amo. Hortensius [28] quid egerit, aveo scire; Cato quid agat; qui quidem in me turpiter fuit malivolus. Dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quaerebam; quod postulabam, id negavit [29]. Itaque Caesar iis literis,

gia di luglio la lettera da te consegnata a Filosseno: avendomi già scritto che quivi era contato quello che in Napoli ti disse Pompeo. Patrone me la diede in Brindisi; ed egli ricevutala a Corfù. Ella m'è stata un' ambrosia: conciossiachè egli t'avea parlato della Repubblica, dell'opinione che un tale uomo avea della mia integrità, e dell' affezione mostratami ragionandoti del trionfo. Tuttavia sopra ogn'altra cosa m'è stato dolcissimo il conoscere come tu t'eri condotto a lui per tastare l'animo di lui verso di me: ciò, dico, m'ha messo iu paradiso. Ma circa il trionfo, sappi, io non ne ebbi mai punto di voglia, se non dopo le svergognatissime lettere di Bibulo, alle quali fu risposto con uno splendidissimo ringraziamento. Ora se egli avesse in verità fatte le cose che aveva scritto, vorrei rallegrarmene, e dar mano a' suoi onori. Ma che un uomo il quale, finchè il nemico fu di qua dall'Eufrate, non cavò mai piè di soglia, sia gonfiato di onori, e che io, nel cui esercito dimorava tutta la speranza di quello di lui, non sia anche con lui pareggiato, egli è nostra vergogna: dico nostra, collegandomi con esso te. Per la qual cosa io farò di tutto; e qual cosa, siccome spero, mi verrà fatto. Or se tu fossi ben sano, alcune cose io mi terrei per belle e fatte; ma tu guarirai ben, come spero.

6 Ben facesti del credito Numeriano. Ho gran voglia di sapere quello che Ortensio [12] abbia fatto, e che faccia Catone; il qual veramente mi mostrò una malvoglienza che lo disonora: egli rendette alla mia integrità, giustizia, clemenza e fede un testimonio che io non cercava, e mi negò quello di che l'avea pregato. Il perchè Cesare, nella lettera nella quale meco si congratula e mi

quibus mihi gratulatur, et omnia pollicetur, quo modo exsultat Catonis, in me ingratissimi, iniuria? At hic idem [30] Bibulo dierum XX. Ignosce mihi: non possum haec ferre, nec feram.

7 Cupio ad omnes tuas epistolas [31]; sed nihil necesse est. Iam enim te videbo. Illud tamen de Chrysippo: nam de altero illo [32] minus sum admiratus, operario homine. Sed tamen ne illo quidem quicquam improbius. Chrysippum vero, quem ego, propter literularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui, discedere a puero [33], insciente me? Mitto alia, quae audio, multa; mitto furta; fugam non fero, qua [34] mihi nihil visum est sceleratius. Itaque usurpavi vetus illud Drusi, ut ferunt, praetoris [35], in eo, qui eadem liber non iuraret; me istos liberos non addixisse; praesertim quum adesset nemo, a quo recte vindicarentur [36]. Id tu, ut videbitur, ita accipies. Ego tibi assentiar.

8 Uni tuae disertissimae epistolae non rescripsi, in qua est de periculis rei publicae [37]. Quid rescriberem? Valde eram perturbatus. Sed, ut nihil magnopere metuam, Parthi faciunt [38], qui repente Bibulum semivivum reliquerunt [39].

CCXCIV. (Ad Att. VII, 3)

Argumentum. 1 Herculani se literas Attici accepisse nuntiat. 2 De consiliis in re publica capiendis disputat. 3 Tum ad privata venit, ac primum de Caelii sententia

fa tutte profferenze, che trionfo mena egli dell'onta fattami dall' ingratissimo Catone! e poi egli medesimo onorò Bibulo [13] in venti giorni. Perdonami: siffatte cose nè posso io patire, nè le patirò.

7 Io vorrei rispondere a tutte tue lettere; ma non è bisogno, da che ci vedremo di corto. Nondimeno una cosa vo' dirti circa Crisippo: chè di quell'altro uom meccanico molto meno rimasi sorpreso, come che sia il maggior ribaldo del mondo: Crisippo, il quale io, per non so che di letteruzze, ho favorito e avutogli riguardo, nesciente me piantar il fanciullo? Ed io lascio dall'un de' lati altre cose che odo di lui a gran numero; lascio le truffe; non posso darmi pace della sua fuga, alla quale non so furfanteria da paragonare. Per la qual cosa io ho preso il motto che contano di Druso pretore [14], nel fatto di un tale, che essendo fatto libero non avea giurato il medesimo che prima: Me non aver cotestoro dichiarati liberi [15]; massimamente che non c'era presente persona [16] che mantenesse secondo la legge la lor libertà. Tu piglierai la cosa come ti parrà meglio; io mi ti sottoscriverò.

8 Non feci risposta ad una tua eloquentissima, che mi tocca i pericoli della Repubblica. Che rispondere, sentendomi così riversato? Ma quel che fa che ora io non tema gran fatto di nulla, furono i Parti, i quali fuor d'ogni espettazione fuggendo, lasciarono Bibulo mezzo morto.

CCXCIV. (Ad Att. VII, 3)

Argomento. 1 Gli fa sapere d'aver in Ercolano avute le lettere di Attico. 2 Tratta delle deliberazioni da prendersi nelle cose pubbliche. 3 Vien poi alle cose private, e prima circa l'aver Celio mutato sentimento: 4 delle ragioni di Filotimo;

mutata; 4 de Philotimi rationibus; 5 de cohorte sua ad pristinam integritatem reversa; 6 de Curii tabulis et Hortensii legatis; 7 de grammatica ratione Piraeeum latine scribendi; 8 de pecunia Caesari debita; 9 de Dolabella genero; 10 de Tironis valitudine.

Scr. ex Trebulano A. V. C. DCCIII. VI Id. Dec.

CICERO ATTICO S.

1 A. d. VIII Idus Decemb. Herculanum [1] veni, et ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit: e quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptae [2]; deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus.

2 Ac primum illud, in quo te Dicaearcho [3] assentiri negas, etsi cupidissime expetitum a me sit, et approbante te [4], ne diutius anno in provincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. Sic enim scito, verbum in senatu factum esse numquam de ullo nostrum, qui provincias obtinuimus, quo in his diutius, quam ex senatus consulto maneremus: ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in provincia [5], quam fortasse fuerit utile. Sed, QUID SI HOC MELIVS [6]? saepe opportune dici videtur, ut in hoc ipso. Sive enim ad concordiam res adduci potest, sive ad bonorum victoriam: utriusvis rei

5 della coorte sua ritornata al primo disinteresse; 6 delle tavole di Curio e de' legati di Ortensio; 7 circa la ragione grammaticale dello scrivere latinamente *Piraceum*; 8 del danaro dovuto a Cesare; 9 del genero Dolabella; 10 della convalescenza di Tirone.

Scritta dal Trebulano l'anno di Roma DCCIII, agli 8 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Venni nell'Ercolano [1] a' 6 di dicembre. Quivi da Filotimo ebbi la tua lettera, che ho letto, prendendone alla prima vista questo piacere, che la vidi scritta da te proprio; anche sommamente mi consolò il trovarci quell'accuratezza tanto sottile.

2 E primamente, circa la cosa del non prolungar sopra l'anno il mio governo (nel che tu non vuoi acconciarti con Dicearco [2]), quantunque ne avessi una voglia che mai la maggiore, e tu medesimo l'approvassi, nondimeno ella non mi venne ottenuta per isforzo da me adoperatovi: conciossiachè tu dei sapere che di nessuno di noi che eravamo posti a provincia, il Senato non fece mai una parola per tenervici chiavati più a lungo che non portava il senatoconsulto: sicchè per questo conto io non ho un carico al mondo d'esserci stato un dì meno che portava forse il bene della provincia. Ma spesso cade assai in concio questo proverbio: *E se la cosa fosse ita meglio così?* e nel caso mio ci va a capello: imperciocchè o la cosa si può racconciare di bel patto, ovvero l'hanno a vin-

me aut adiutorem velim esse, aut certe non expertem. Sin vincuntur boni; ubicumque essem, una cum iis victus essem. Quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas [7], nae tu haud multum requireres illum virum, qui in VI libro [8] informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? Quin nunc ipsum [9] non dubitabo rem tantam abiicere, si id erit rectius. Utrumque vero simul agi non potest, et de triumpho ambitiose, et de re publica libere [10]. Sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Nam quod putas utilius esse vel mihi, quod tutius sit [11], vel etiam ut rei publicae prodesse possim, me esse cum imperio: id coram considerabimus quale sit. Habet enim res deliberationem; etsi ex parte magna tibi assentio [12]. De animo autem meo erga rem publicam, bene facis, quod non dubitas: et illud probe iudicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione, illum [13] in me liberalem fuisse; eiusque rei causam vere explicas; et eis, quae de Fabio Caninioque [14] acta scribis, valde consentiunt: quae si secus essent, totumque se ille in me profudisset; tamen illa, quam scribis, custos urbis [15], me praeclarae inscriptionis memorem esse cogeret; nec mihi concederet, ut imitarer Volcatium, aut Servium, qui-

cere i buoni: nell'un caso e nell'altro io ci porrei volentieri la mano, o certo entrarci per uno. Se poi i buoni ne vanno con la peggiore, fossi io qui o qua, avrei con esso loro lo sfratto. Il perchè l'esser io tornato presto, non dee aver pentimento. Che se io non fossi stato messo in questa fregola del trionfo (e tu stesso l'approvi), tu non avresti (tel prometto) a cercar molto di quel cotal personaggio che fu da me figurato nel sesto libro. Ed or che ho a far io teco, avendo tu que' miei libri così divorati? [3] anzi vo' dirti che io sono acconcio di tormi giù affatto da sì cara idea, se ciò più convenga. Certo non puote uom tener il piè in due staffe: operar pel trionfo con ambizione, e per la Repubblica con libertà. Ma tu non ti lasciare aver dubbio che non mi debba esser più a cuore il più onesto. Imperocchè quanto a ciò che tu pensi, esser più utile (o perchè sia a me più sicuro, o perchè alla Repubblica più giovevole) ch'io tenga il governo [4], ne farem le ragioni tra noi due: poichè la cosa è da bene pensarvi, quantunque alla larga io mi tenga col tuo parere. Circa poi il mio animo verso la Repubblica, ben fai a non dubitarne; e giudichi anche da par tuo che il cotale non mi fu mica troppo cortese, nè a ragione de' miei servigi, nè del suo largheggiare con gli altri; e della causa di tal suo procedere tu tocchi il punto vero: le quali cose assai ben si riscontrano con quella che tu mi scrivi lui aver fatto con Fabio e Caninio [5], le quali se eziandio fossero altrimenti, e colui avesse fatto meco lo sbraccio grande, tuttavia quella custode di Roma [6], che tu mi noti, mi sforzerebbe a ben ricordarmi di quell'egregia iscrizione, nè mi lascerebbe contento di far come Volcazio e Servio [7], de'

bus [16] tu es contentus; sed aliquid nos vellet nobis dignum et sentire et defendere. Quod quidem agerem, si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. De sua potentia dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis. Nam, si res publica defenditur [17]; cur ea, consule isto ipso, defensa non est? cur ego, in cuius causa rei publicae salus consistebat, defensus postero anno [18] non sum? cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum est [19]? cur tantopere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda [20] decem tribuni plebis ferrent? His ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno civi [21] spes ad resistendum sit: qui mallem, tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Sed quoniam res eo deducta est, non quaeram, ut scribis, *ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν* [22]; mihi *σκάφος* unum erit, quod a Pompeio gubernabitur. Illud ipsum, quod ais, quid fiet, quum erit dictum: DIC, M. TULLI [23]? *σύντομα*: CN. POMPEIO ASSENTIOR. Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. Sic enim sentio; maximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura, qui in urbe estis. Verumtamen hoc video, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse; omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illuc facere [24]; omnem fere iuventutem, omnem illam urbanam ac perditam plebem; tribunos valentes,

quali ti tien tu soddisfatto; anzi mi tirerebbe a sgorgar in sentenze e difese degne di noi. E lo farei, tel prometto, se si potesse fare per altra via da quella che il tempo ci dà. Questi signori fanno ora a chi possa più sopra la vita de' cittadini: imperocchè se veramente sono a mantenere la Repubblica, or come non fu ella difesa, essendo cotestui console? perchè io, la cui causa era congiunta colla salute pubblica, non sono stato l'anno seguente difeso? perchè al Messere fu prolungato, e perchè nel modo che fu, il comando? [8] perchè s'è lavorato di tanta forza, che dieci tribuni della plebe facessero legge che la petizione di lui lontano fosse passata buona? Per tutto questo egli è montato in tanta potenza, che ora, da un solo cittadino in fuori, non è rimasa forza da tenergli fronte, il quale quanto era meglio a non fargli crescer tanto le penne, che avendole ora lui così forti, provarsi a tarparle. Ma noi siamo qui; e pertanto io non dimanderò, come scrivi, *dove sia la nave degli Atridi* [9]: io non ne avrò che pure una, quella che fia capitanata da Pompeo; quella, e non altra. Quanto a quello che di', *Che farai, quando si sarà detto:* Marco Tullio, rispondi corto: — ecco: *Io mi sto con Pompeo*: sì veramente, che esso Pompeo in disparte conforterò alla pace; posciachè questo è il mio sentimento: lo Stato essere ad un gran punto. Voi che siete in città, vedrete assai più. Quanto a me, questo veggo io, che noi abbiamo a fare con uomo che tutto osa ed è provveduto di tutto; che tutti i condannati, tutti gli infami, tutti i degni della condanna e della mitera se l'intendono con lui; quasi tutto ragazzame, tutta quella feccia facinorosa della città, i tribuni potenti, aggiun-

addito C. Cassio [25]; omnes, qui aere alieno premantur; quos plures esse intelligo, quam putaram. Causam solum illa causa [26] non habet; ceteris rebus abundat. Hic omnia facere omnes [27], ne armis decernatur; quorum exitus semper incerti, nunc vero [28] in alteram partem magis timendi. Bibulus de provincia decessit [29], Veientonem praefecit. In decedendo erit, ut audio, tardior: quem quum ornavit Cato [30], declaravit, iis se solis non invidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere.

3 Nunc venio ad privata. Fere enim respondi tuis literis de re publica, et iis, quas in suburbano, et iis, quas postea scripsisti. Ad privata venio [31]. Unum etiam de Caelio. Tantum abest, ut meam ille sententiam moveat [32], ut valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit [33], poenitendum putem. Sed quid est, quod ei vici Lucceii sint addicti [34]? Hoc te praetermisisse miror.

4 De Philotimo [35], faciam equidem, ut mones. Sed ego mihi ab illo, hoc tempore, non rationes exspectabam, quas tibi edidit, verum id reliquum [36], quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit, quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. Id si praestaret, quantum mihi aeris alieni esse ibi edidit, tantum, et plus etiam, ipse mihi deberet. Sed in hoc ge-

tovi C. Cassio [10]; tutti gli affogati ne' debiti, i quali non avrei creduto che fossero tanti. A quel partito non manca altro che ragione; del resto ha d'avanzo. Il perchè in tal termine tutti hanno a fare ogni sforzo, che la cosa non s'abbia a decider coll'armi, i cui successi son sempre in bilico; e nel caso nostro hanno il tratto dalla parte peggiore. Bibulo rassegnò il governo, e ci pose per sè Veientone: ma verso Roma verrà, come odo, col calzare di piombo. A costui avendo Catone fatto onore, fece vedere che egli a quei soli non porta invidia, i quali o niente, o non troppo possono salir all'alto [11].

3 Vengo ora alle cose private: da che ho risposto quasi a tutto delle tue lettere circa la Repubblica, e di quelle che mi scrivesti dalla villa suburbana, e delle altre appresso: or vengo alle cose private; ma prima un motto di Celio. Io sono tanto lontano dal mutarmi del mio sentimento per rispetto di lui, che in contrario io credo lui dover forte pentirsi [12] d'essersi mutato del suo. Ma or che è questo? che a lui furono aggiudicati gli isolati di Lucceio [13]? Di che io mi meraviglio come tu ti sii dimenticato.

